

DE PAPYRIS

SEU

VOLUMINIBUS GRAECIS

HERCULANENSIBUS

COMMENTATIO

CHRISTOPH. THEOPH. DE MURR

ACCEDIT

NICOLAI IGNARRÆ

EXPLICATIO

LAMELLAE AENEAE EXSECRATIONIS

REPERTAË PROPE PETILIAM.

SUBIUNGITUR

SPECIMEN SCRIPTURÆ GRAECAE

CURSIVAE SAEC. II VEL III.

ARGENTORATI,

TYPIS F. G. LEVRAULT.

A. XII, 1804.



Se trouve

PARIS, chez LEVRAULT, SCHOELL et C.^{ie},
libraires, rue de Seine, hôtel La Rochefoucaut.

DE PAPYRIS
SEU VOLUMINIBUS GRÆCIS
HERCULANENSIBUS.


IN museo sive bibliotheca villae Herculanae, A. C. 79 Vesuvii cineribus obrutae, ante quinquaginta fere annos (3 Novemb. 1753), reperta sunt ultra MDCC volumina papyracea ¹, vel paullo ultra eum numerum. Nonnulla in frusta, effodientium operarum malignitate et contumelia, conscissa fuere. Omnia imposita erant scrinio ligneo (quod in media camera fuerat), in cinerem redacto et sub manibus operarum collapsio. ² Volumina cylindrica vix spithamam longitudine excedunt, diametro duorum triumve digitorum. Inter haec, artificiosissimi *Antonii Piaggio* opera, qui Caroli III, Regis Hispaniarum, munificentia Roma ad ista volumina evolvenda (suadente *Evodio Assemano*) accitus est, quatuor vel quinque evoluta sunt, adjuvante postea *Vincentio Merli*.

Integra volumina, circumcisis extremitatibus, membrulam, titulo libri perscriptam habuere, ita quidem, ut ea fronti voluminum, qua circumcisa erant et qua extra bibliothecam emerent, adfixa adpareret et conspectui


¹ Rex utriusque Siciliae, mense Septembri 1802, sex istorum voluminum, cum aliis monumentis Herculaneis, Reipublicae Gallicae Heroi, Proto-Consuli BONAPARTE dono misit.

² Huic scrinio impositae fuere imagines aeneae Demosthenis, Epicuri, Hermarchi et Zenonis Sidonii (*Antichità di Ercolano*, Tab. V, Tab. XI seq. pag. 5 et seq. edit. meae germ.) ΔΗΜΟΚΡΕΝΗΣ, ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ, ΕΡΜΑΡΧΟΣ, ΖΗΝΩΝ (sic).

intuentium obvia esset. Vid. *C. G. Schwarzii* Exercitatio de varia supellectile rei librariae veterum, §. XV. En figuram.



Totum volumen in varias areas, et quasi *columnas*, dividerunt veteres, easque singulas a superiori ora transversum voluminis usque ad inferiorem deduxerunt, hunc scilicet in modum:



Piaggius et *Merlius* improba patientia sex horum voluminum spiras sejungere atque extendere sategerunt, et sanae partes non magnae longitudinis acri ingenio, instrumentis, ac quibusdam variis tenacis glutinis auxiliis (instar bibliopegi instrumento, quo folia librorum consuuntur, uti e descriptione *Winckelmanni* et ex icone patet in *Bartels* itinere italo et in *Recherches sur les ruines d'Herculanum par Fougereux de Bondaroy*, 8°, Paris 1770) expansae sunt, in quibus verba et aliquando versiculi lectur haud difficiles objiciuntur, sed adeo fugientibus litteris, ut

voces saepe sententiam nullam praebeant. Horum voluminum, quorum nullum est *πρὸς ἄλλο*, papyrus aegyptiaca (variarum philyrarum adglutinatarum) interne scriptura gaudet in pluribus columnis parvis, ut e tab. I et II patet, binos circiter digitos latis, linearum 40 vel 44, exiguo admodum spatio inter columnas injecto. Horum voluminum nonnulla involucre chartae crassioris sive emporeticae implicata reperiuntur, quae absque dubio fuere partes operis completi, v. g. *Philodemi* Libri de musica; *Ejusd.* commentaria de eadem; commentaria de Rhetorica, etc.; *Epicuri* de rerum natura Libri XXXVII: quae omnia collapsis scriniis in carbones redactis dilabebantur humique strata et confusa jacebant. Jam ab anno 1773 praestantissimorum virorum, Neapoli degentium, amicitiam atque munificentiam expertus sum, quos de variis rebus Herculanensibus, in primis de voluminibus graecis, interrogaveram. Tales sunt praecipue doctissimi viri, *Camillus Paderni*, *Jacobus Martorelli* (ob. 1777), *Dux Michael Vargas Macchiucca* (ob. 1792), *Antonius Görtler*, Episcopus Tyanensis Reginaeque a confessionibus (denatus Romae 1791), *Franciscus Daniele*, atque *Caietanus de Ancora*, cujus in primis amicitia mihi in deliciis est. Semper mihi adridebant

Fontibus et Stabiae celebres, et Vesvii rura,
Doctaque Parthenope Sebetide roscida lymphe,
Quae dulcis Pompeia palus vicina salinis
 Herculeis.....

COLUMELLA, de cultu horticorum.

Primum volumen, quod a *Piaggio* anno 1754 evolvebatur, est quartum *Philodemi* *περὶ μουσικῆς*, 40 columna-

rum; nunc ab Academicis Herculanensibus jussu regio, interprete doctissimo Episcopo *Carolo Rosini*, splendidissime editum est sub tit. *Herculanensium voluminum, quae supersunt, Tomus I.* Neapoli, 1793, ex regia typographia, fol. cum 39 tabulis aeneis, delineatis ab *Antonio Piaggio*, et *G. B. Malesci*, et aeri incisus ab eodem *Antonio Lentari*, *Bartolomeo Oratii*, *Josepho Aloja*, et *Januario Casanova*. Paginar. 180. Praefat. 21. fol. maj. Exhibeo hic in duabis Tabulis columnas IV, V, XXXVII et XXXVIII.

Alterum volumen 70 columnarum est:

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

B.

In hoc secundo libro *de Rhetorica* citatur in columna XXI versu 22 *Hermarchus*, Mitylenaeus, successor *Epicuri*, cujus nomen apud graecos et latinos auctores falso *Ἑρμαῖχος* legitur.

.....ΔΗΛΟΙΔΕΚΑΙ
.....ΑΜΕΤΑΤΕΤΗΣΠΑΣΗΣ
.....ΞΕΡΤΑΓΙΑΣΕΠΙΚΟΥΡΟΕΝ
.....ΑΙΠΕΡΙΤΗΣΡΗΤΟΡΙ
.....ΚΗΣΤΕΛΕΙΩΓΑΝΕΠΙΜΕΙΚΤΟΥΣ
.....ΙΑΔΙΚΩΝΤΑΔΥΝΑΜΕΙΣ etc.

Licebit mihi ita vertere hocce fragmentum: *Id quod manifestat, etiam Hermarchus in scriptis, quae perfecit omni diligentia Epicurus, nimirum in iis, quae ab Hermarcho de arte rhetorica satis perfecte tradita sunt super his, qui de facultatibus exposuere.*

In columna sequentis linea s. versu 6 commemoratur *Metrodorus*, Epicuri amicus. Vid. *Antichità di Ercolano*, T. V, tab. XVII, XVIII et XXV, XXVI, pag. 9 et 10 meae edit. germ. Aug. Vindel. 1781.

In volumine *tertio*, a *Piaggio* a. 1757 evoluto, continetur *Philodemi* de Rhetorica liber primus. Citatur in isto liber *Metrodori* de Litteris.

ΜΕΤΡΟΔΩΡΟΥ ΤΩ ΙΠΠΟΤΩ ΙΠΕΡΙΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

Quartum volumen *Philodemianum* duplicem habet in fine titulum (uti etiam primum):

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙΚΑΚΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΑΝΑΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΠΕΤΩΝ

De vitiis atque confinibus virtutibus.

Quintum volumen (1760) in fronte habet nomen ΦΑΝΙΑΣ, non ΦΑΝΗΑΣ, ut *Winchelmannus*¹ scripserat. Est botanici argumenti; ejus evolutio haud fuit continuata. Valde sedulus fui sciscitando de isto volumine. Ita ad me Dom. *Camillus Paderni*, litteris Porticibus datis d. 24 Septemb. 1774, e Herculis porticu (Portici): *Toccante a manoscritti antichi che desiderava Ella sapere, se dopo quel di Fania fosse venuto alla luce qualche altera cosa, io gli posso dire con la maggior verità, che cotesta aspettazione di svolgere e spiegare, o, per dir meglio, tradurre cotesti volumi di manoscritti, camina con peggiori inconvenienti che i scavamenti. Che sia così, lo conoscerà Ella in seguito, che ne a predetto i mali effetti ap-*

¹ Nachrichten von den neuesten Herculanischen Entdeckungen, p. 52.

punto il volume di Fania. Ella ben sà che gl' antichi scritto ponevano il titolo di ciò che essi voleano trattare, al principio e fine del volume, e siccome nelli quattro volumi che si trovano svolti, che trattano uno contro la musica, due di rettorica, ed il quarto morale, tutti di Filodemo, che per essersi rinvenuti i primi fogli di questi consumati, si è trovato per altro al fine di ciascuno il titolo del volume. Non così accadè à quello di Fania, essendosi rinvenuto in essere il primo foglio, e per conseguenza con il titolo e nome di Fania. Appena fù incominciato à sviluppare tal volume, ed essendo venuto un giorno in cotesto Real museo l'Abbate Galiani, e letto quel poco che si trovava aperto, conobbe essere un trattato di Botanica, e stimando, come Accademico, darne un saggio a S. M. avendone formato una picciola dissertazione, questa ingiolosi chi ne aveva il carico di tradurre detti volumi, — — che ebbero tanta forza di persuadere il Rè di far desistere lo svolgimento di Fania, adducendo non essere materia interessante, e farne incominciare un' altro che ancor non si sà che sia, e si finirà d'aprire il giorno del Giudizio, per che non vi si lavora mai, e quasi niente se ne potrà cavare, per che vien lacerato e mancante, ne si pensa di far lassar questo, che sono da quattordici anni che si trova sopra la macchina, e farne incominciare almeno un altro, che si possa leggere qual cosa. — — Con tutto ciò fù risoluto publicar un saggio di Filodemo, non essendo permesso à noi darne una linea; onde fù ordinato al Prete Antonio Piaggio, che è l'autore di svolgere cotesti volumi, di trascrivere et incidere una colonna di caratteri, che veramente è il sudetto singolare per l'imitazione de' medesimi, come in

fatti fece un bellissimo rame, qual si doveva porre nella prefazione dell' ultimo tomo delle figure di bronzo. Questo fù pubblicato, mà detto saggio non l'anno posto. Ed il per che ? sarà come tutto il resto. — —

Doctissimus Martorelli ita de volumine Phanium : *Fatum voluminis Phaniae paucis exponendum reor, atque quo pacto ab Antonio Piaggio doctus sum. Evolverat hic siquidem initium ex illis codicibus, reperitque inscriptum characteribus ceteris grandioribus ΦΑΝΙΑC. Vidit hunc titulum olim auditor meus Galianus; illico οχρδίασρα concinnavit, finxitque quendam Phanium botanicum. Obtulit id laboris Tanucio Galianus, at statim jussum est, codicem illum minime evolvi, quo ea in cognitione minime versaremur, neque ea eruditione excoleremur, commonefecitque me Piaggius, volumen illud cum aliis bene multis commixtum, atque confusum. Neapoli, die 26 Jan. 1777. — Et iterum die nono ante obitum : De Phania ejusque codice ad te satis superque scripsi, nec facultas datur exscribendi vel minimam illius papyri partem; porro falsum reputes, in eo lectitari ΦΑΝΗΑC pro ΦΑΝΙΑC; scis etenim ea aevitate Η non confusum cum τῶ Ιωτα sono. Neap. die 12 Nov. 1777.*

Amicissimus Franciscus Daniele, Neap. m. Jan. 1789: *In quanto alla dissertazione dell' Abbate Galiani sopra Fanea, scoperto tra' papiri Ercolanesi, ella non mai fù stampata; ne per diligenze da me praticate tra le sue carte MSS. si è potuta rinvenire, etc.*

De Phania Eresio et Theophrasti condiscipulo apud Aristotelem, consulendus est Casaubonus ad Athenaeum, Lib. II, cap. XII. Scripsit commentarios de natura plantarum. Scribitur etiam ejus nomen Φανίας apud veteres.

Non confundendus est cum Phania juniore, *Posidonii* Stoici discipulo, quem commemorat *Laertius* in vita *Theophrasti*. Duos alios Phantias habet *Fabricius*, Bibl. gr. L. III, cap. XI.

Evanuit *Phaniae* volumen, et a. 1761 *sextum* sub machina *Piaggiana* exspectabat evolutionem jam per 36 annos. Cujus nominis aut argumenti fuerit, nescio. Tentabantur et alia volumina, sed mansere in statu pristino.

Unicum volumen *latinum* hactenus repertum est argumenti rhetorici.

Nuperime Rex dono dedit Walliae Principi decem volumina. A docto Anglo Principis Walliae bibliothecario *Haitero*, inventum est volumen *Epicuri*, quod salivam movet eruditus. Est Liber XI (astronomicus) e libris hujus Philosophi XXXVII *περι Φυσεως*, de *rerum natura*. Ii citantur aliquando simpliciter, *τα περι Φυσεως*, de *Natura*; aliquando cum adjuncto libri ordine. A *Laertio* citantur Libri I, XI, XII, XIV, XV. Facit *Galenus* in comment. in primum libr. *Hippocratis* de natura hominis, et tituli et multitudinis librorum mentionem. Vid. *Gassendi*, de vita et moribus *Epicuri*, L. VIII, Hagae Comitum, 1656, 4. pag. 20. Imago Philosophi in praeclaro opere *Gassendiano* falsa est. Refert enim *Xenocratis* vultum. Verae *Epicuri* et *Metrodori* imagines conspiciuntur in Tomo quinto della *Antichità di Ercolano*, Tab. 19 seq. et 25; atque in abb. *Octaviani Buonaccorsi Lettera sopra la vera Immagine d'Epicuro, ritrovato in Roma, e collocato nel Campidoglio*, in Roma, 1744, 4.º max. sed haud ad amussim a chalcographo expressum est nomen ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ; nam in marmore legitur ΕΠΙΟΥΡΟΣ, ut monuit *Winckelmann* in *Description des pierres gravées de Stosch*, pag. 243.

PHILODEMI LIBER IV DE MUSICA.

PHILODEMI auctoris, Gadara oriundi, M. Tullii *Ciceronis* contemporanei, nomen ad papyri calcem adscriptum est, et quidem iterato; statim enim ab ultima illius columna (XXXVIII) eodem caractere legitur: ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ Δ (i. e. liber quartus; (vid. nostra Tabula II). Interjecto deinde quinque pollicum interstitio, eadem verba grandiusculis litteris repetuntur, quorum schema ipso in limine omnibus columnis praefigendum duxit *Rosinius*. Graece *Philodemi* nomen sonat *populi amatorem*, sive mavis *Poplicolam*. De eo plura ab antiquis cum laude tradita accepimus. Erat philosophus ex *Epicuri* secta, et poeta non ignobilis, uti videmus ex *Analectis* poetarum graecorum. Ejus meminit *Tullius* sub finem libri II de *Fin.* perhonorifice: *Syronem et Philodemum, cum optimos viros, tum doctissimos homines*; et disertius, licet suppresso nomine, de eo loquitur¹ integro fere cap. 28 et 29 orat. in L. *Calpurn. Pisonem*: *Est quidam Graecus, qui cum isto (L. Pisone) vivit, homo, vere ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tam diu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum. Is cum istum adolescentem jam tum cum hac Diis irata fronte vidisset, non fugit ejus amicitiam, cum esset praesertim appetitus: dedit se in consuetudinem sic, ut prorsus una viveret, nec fere ab isto unquam discederet. Non apud indoctos, sed ut ego arbitror, in hominum*

¹ Uti *Asconius Pedianus* testatur his verbis: *Philodemum significat, qui fuit Epicaureus illa aetate nobilissimus, cujus et poemata sunt lasciva.*

eruditissimorum et humanissimorum coetu loquor. Audistis profecto dici, philosophos Epicureos omnes res, quae sunt homini expetendae, voluptate metiri: recte, an secus, nihil ad nos; aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus: sed tamen lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti saepe praeceps. Itaque admissarius iste, simul atque audivit a philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptuarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Graecus primo distinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere; quod acceperat, testificari; tabulas obsignare velle, Epicurum disertum decernere: et tamen dictum opinor, se nullum bonum intelligere posse, demtis corporis voluptatibus. Quid multa? Graecus facilis et valde venustus, nimis pugnae contra Senatorem populi R. esse noluit. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solum, sed etiam caeteris studiis, quae fere caeteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poema porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: etc. Meminit quoque Horatius Philodemi Lib. I, Sat. 2, v. 121: Gallis hanc Philodemus ait etc. Epigramma, cui adparet Flaccum adluisse, incipit Ενωμοχοις κραιδιαις etc. ad quod vide doctissimi amicissimique Jacobs animadvers. in Epigr. Anthol. gr. Vol. II, P. I, pag. 218, 219. Emerserant de tanti philosophi ac poetae epigrammatibus tantum XXXIII, binis nimirum a Rosinio adlatis e Palatino-Vaticano (qui nunc Parisiis est) codice, ad quae praeter Rosinium, multa, ut solet, docte adno-

tavit cl. Jacobs, l. cit. pag. 244-250. Athenaeus, L. X, citat Philodemi opera, nimirum librum III, των εν Ροδω Σμινθίων, et librum X, της των Φιλοσοφων συνταξεως, seu ordinatae philosophorum seriei, quod opus, iudice Rosinio, forsitan in volumine Herculanseni, gladio bifariam secto, comprehensum fuit, cujus integram columnam, et alterius partem elegantibus scriptam graecis characteribus clar. Mazochius explicuit et commentariolo illustravit.

Quartum hocce Philodemi περι μουσικης volumen haud ultimum esse constat, tum et ejusdem libri conclusione, qua adseverat auctor, nihil eorum, quae Diogenes Babylonius περι Φωνης venditaret, se praeteriturum, sed eum e vestigio secuturum esse; tum ex illis, quae col. VI et VII in se receperat, quae reliquo hoc libro minime praestat. ¹ In columna XXIV, v. 5, citat Philodemus librum tertium, et col. XXXIV, v. 22, librum secundum, των υπομνηματων. Sed num ea υπομνηματα (inquit eel. Rosini, pag. 104) ad rem quoque Musicam pertinuerint, an ad quodvis aliud, expiscari non licuerat, donec unum et alterum evolutum est volumen cum titulo υπομνηματων περι ηητορικης. Cum enim jam pridem evoluta adhuc essent bina, quibus titulus adscriptus erat absolute περι ηητορικης, cognovimus, Nostrum consuevisse de eodem argumento, quod fuse tractasset, etiam τα υπομνηματα (Commentaria) adornare. In hujusmodi autem Commentariis nihil aliud, quam generales quaedam et quasi praeliminare quae questiones eum pertractasse, indicio nobis sunt citata duo volumina υπομνη-

¹ Non video, quomodo eruditus Rosinius verba col. XXXVI, vers. 28, λογον ετερον, alia ratione sumat pro ετερον βιβλον libro alio, quem promittere putat Philodemum.

ματων περι ζητορικης; in iis enim totus est, ut inquirat, an *sophistica* dicenda sit *ars Rhetorica*: quae sane quaestio non nisi longe tractationem de Rhetorica respicit. Eodem igitur pacto arguimus, praeter plures libros περι μουσικης, etiam τα υπομνηματα περι μουσικης, *Commentaria de Musica* scriptitasse, in quibus eas agitasset quaestiones, quae veluti praeliminare et cardinales forent, et quas probe resolutas oporteret ad libros *de Musica* adferre: qualis nempe ista est quaestio, quam indigitat in col. XXIV, in *tertio Hypomnematum* pertractasse, h. e. An Musicae studium ad virtutes comparandas viam sternat? Qualis est et alia, quam in *secundo* eorum *Commentariorum* agitasse scribit col. XXXIV: Cur ab Atheniensibus reliquisque Graecis maximo in honore habita fuerit Musica?

Nullus de musicae artis praeceptis in hoc volumine quarto sermo; sed totus est *Philodemus* in agitanda ea quaestione, num musica laude potius, an vituperio sit digna? et num adeo utilis esse possit? an potius sit periculosa et per se ipsa ad mirificos pariendos effectus inepta? Quam quidem alteram opinionem tuetur heic Noster, e suae sectae placitis.

Ex toto autem *Philodemi* contextu adparet, ab eo certum quemdam alterius sententiae patrocinatorem in *quarto* hoc volumine oppugnari, scil. *Diogenem Seleucensem* sive *Babylonium*, Stoicum, quem nominat col. XXI et XXIII, et qui non multo ante *Philodemum* floruit, quemque cum honore citarunt *Tullius*, *Quintilianus*, *Seneca*, *Gellius*, alii. De eo *Laërtius* in *Cynici Diogenis*, et pluries in *Zenonis* vita. Novimus a Stoico isthoc *Diogene* librum fuisse conscriptum, cui titulus περι Φωνης τεχνη,

qui, ut verisimile est, de Musica agit, ejusque mirabilibus effectibus. Duo autem fuere libri Stoicorum περι Φωνης, alter *Diogenis*, *Archedemi* alter, ab eodem Laertio citatus.

Reprehendit *Philodemus* alium Stoicum (col. XIV) *Persaeum*, patria Heracleotem, de quo *Laertius* in *Zenonis* vita, Lib. VII, segm. 36. Inter hujus libros unus est, cui titulus περι ερωτων, de Amoris. Stoicus de amatoriiis rebus disserens, et quasque res suis nominibus pro stoica libertate nullo pudore adpellans, mores sane corrumpere magis etiam, quam *Anacreon* et *Ibycus*, poterat. Jure igitur Noster pronunciavit: και γαρ ὁ Περσαιος ονοματ' ελεγε, τούτοις εδρυπτεν, quae *Persaeus* vocabula usurpavit, ipsiς juventutem conrupit.

Σχεδιασμα hocce *Philodemus* in auditorum suorum, et fortasse in ipsius Pisonis filii, usum concinnavit. Excepisse autem ex ore dictantis *Philodemi* calamo vel Pisonem ipsum, vel potius a manu aliquem ejus servum, qui nec graecus homo¹, nec satis excultus et elegans foret, patet ex libello ipso festinationis pleno, et inconcinno, in quo nullibi invenias eam elegantiam, quam in hoc scriptore prae reliquis Epicureis laudavit *Tullius*. Librarius *Philodemi* multa peccavit inscitia, multa aurium hebetudine, multa etiam oculorum hallucinatione. Nam aliunde certis constat indiciis hoc volumen partim, aliquo dictante, exceptum, partim ex αυτογραφῳ exscriptum fuisse. (Vid. col. IV, ad versum 13, et col. V, ad v. 12.) Sic etiam postea in columna XX, versu 34 et 35, verba και

¹ Col. IV, v. 6, scripsit λεγεσθω pro λεγεστω. Scribae oscitantiam egregius interpres hujus schediasmatis Epicurei, *Carolus Rosinius* (nunc *Episcopus*), ab ovo, ut aiunt, ad malum usque expertus est.

μεγιστην ομοιομεθαι, etiam coquinariam talem ducemus; librarius noster hallucinatus bis exaravit; fraudi enim ipsi fuerat verbum ομοιομεθαι in uno atque altero versu ab Auctore repetitum. Quare mox suum σφαλμα animadver- tens uncis integrum versum abradendum inclusit: quod iterum col. XXIX, versu 4 et 21, atque col. XXXVI, v. 19 usque ad 23, peractum ab indiligenti homine cernes, ut minime dubites, eum ista κομματα non a dictante, sed e scripto excepisse. In priori enim loco (col. XXIX) librarius festinans in verbis τοι μελλον τη λαλια συνεγγι- ζουτος (etsi magis iste cautus vulgari sermoni adpro- pinquet) pro ΑΑΛΙΑΙ scriptitavit ΔΑΛΙΑΙ, omissa scilicet lineola, quae alterum Α reddidisset Α:

ΤΟΙΜΑΜΜΟΝΘΗΙΑ ΛΛΙ
ΑΙΔΙΝΕΓΓΙΖΟΝΤΟΣ

Vides praeterea (pergit doctiss. Rosinius, pag. 118), ad- picto superius τω Α restitutam esse vocis lectionem. At cur non potius omissam lineolam adpingere? Id enim vero argumento nobis est ineluctabili, quamplures hu- jusce codicis emendationes non ab ipsomet librario, sed ab altero sciolo fuisse profectas, qui nec satis perspicax, nec eruditus adparet. Is igitur vel quia suam in emen- dando diligentiam palam facere vellet, vel quia prae im- peritia non satis certus de sua emendatione foret, noluit αυτογραφον violare, sed potius suspensa, ut aiunt, manu elementum illud superscripsit. Versu 21 bis a librario descripta sunt verba και όταν δε λογους αναδιδωσι τα περιγι- νομενα (sed etiam, quoties sermones reddunt), quae mox veluti superflua partim punctis confixit, partim uncis de

more inclusit. Quid huic σφαλματι occasionem praebuisse putas, nisi illa particula και bis posita post bina verba similiter cadentia, h. e. primo post τερετιζομενα, mox post περιγινομενα? Etenim vel ipse scriptitans librarius, vel qui dormitans scriptitanti dictaret, sed alius certe ab auctore, recurrente simili vocis desinentia ομενα, eademque parti- cula και insequenti deceptus, iterum primum κομμα pro secundo accepit, idemque rescripsit. In columnae XXIV versu 11 et 12, scripsit librarius ΕΝΙΩΝ ΤΠΟΛΗΨΙΝ ΕΝΙΩΝ ΕΙΝΑΙ (quorundam opinionem esse). Nimirum post verba ενιων υποληψιν est adscripta, immo vero per vim intrusa iterum, vox ενιων. Patet enim ex αυτογραφο principio φοιχον desiisse in ει, et subsequens a syllaba ΝΑΙ incepisse, ut legendum foret εναι: mox vero illud primum Ι ad effin- gendum Ν est adcommodatum, additis in fine binis ele- mentis ΩΝ, et superscripto Ι; in principio autem sequentis versus adpicta sunt ΕΙ, ut legi possit ενιω εναι. Sed quid monstri est, ενιω υποληψιν ενιω εναι? Repetitum illud ενιω nihil profecto est. Atqui non librarii abalienatione, sed ipsius studio illuc inrepsisse, patet. Quaenam igitur errandi origo? Ego quidem¹ totam hanc περιοχην non ab αυτογραφο fuisse descriptam, sed ab auctore ipso dicta- tam reor. Cum enim ille primum dictasset ενιω υποληψιν εναι, denuo, uti fit, eadem verba inculcans, υποληψιν ενιω εναι inverso aliquantulum ordine, utpote qui ex tempore dictaret, protulit. Tum vero satis imperitus, qui dictata sedula aure, sed surda mente, exciperet, statim effinxit υποληψιν ενιω εναι, relicto tamen antecedenti ενιω. Qui autem fuerint isti ενιοι, ignoramus; sed procul dubio in

¹ Rosinius, pag. 104.

horum numero erant Platonici, ex eo quod *Platonis* auctoritate abutebantur, ut e sequentibus *Philodemi* verbis conligitur. Col. XXXVI v. 19 usque ad 23 rursus uncis inclusos redundantes quatuor *σοιχους* per errorem his exaratos, quos minime dictatos, sed ex *αυτογραφο* exscriptos adparet. Fraudi enim exscribenti fuit particula *δια*, quae bis in hisce sex versibus recurrit. Cum enim ligneus ille, sententiaeque minime addictus descripsisset *παραδεχομενοι ταυτα δια* (*rationes hasce delectationis gratia receperunt*), mox retortis ad *αυτογραφου* oculis, ut, quid post illud *δια* insequeretur, cerneret, in aliud superius positum *δια* incidit versu 14, quodque sibi adhaerens habet *πονησαντες* (*qui hujusmodi exercerent*), atque iterum ea verba secutus adpinxit. Observat etiam cl. *Rosinius*, pag. 96, imperitum librarium haec ex ore dictantis scribentem pro *τοι* posuisse *τι* (col. XXVIII, v. 9), pro *ει* posuisse *ι* (col. XXII, v. 9 et 31), atque hinc patet diphthongorum *ει* et *οι* pronunciationem satis adfinem fuisse *τω ι*.

Columna V^{ta} voluminis *quarti* Philodemiani est optime conservata, ¹ quam cum IV^{ta} heic exhibet tabula aenea I exactissime.

Pulcherrimae praeterea lineae sunt in columna VI, lin. 1-11; col. VII, lin. 5-19; col. IX, lin. 30-34; col. XIV, lin. 1-7; col. XVII, lin. 6-20; col. XX, lin. 2-7; col. XXIX, lin. 5-8; lin. 10-15.

Pulchrae sunt et integrae: in col. I, lineae 7-11; col. II, lin. 5-11; col. III, lin. 3-9; col. XXII, lin. 1-22; col. XXIII, lin. 13-20; col. XXIV, lin. 1-22; col. XXXV, lin. 12-22.

¹ Omnium pessime columna XXXI.

Ultimas columnas XXXVI^{tam} et XXXVII^{nam} exhibui in Tabula II.

Cohaerent sensu verborum ultimarum linearum, columna I cum II, col. III cum IV, col. VII cum VIII et IX, XII cum XIII, columna XIV cum XV et XVI. Porro columna XVIII cum XIX uno cohaeret vocabulo, ut et XX cum XXI. Coharent porro columna XXIII cum XXIV; col. XXXIII, XXXIV et XXXV; et una vocula juncta est columna XXXVII, ut e Tabula nostra II adparet.

Hancce columnam in medio discissam, quae praecedit columnam I, non multum a libri exordio abesse, patet verborum sensu diviso.

..... ΟΠΞ...ΙΝΗΓ

..... ΝΕΒΗΝΑΙΟΥ

..... ΞΙΝΟΔΙ...ΩΘ

..... ΙΕΤΟΝΑΤΙΟΥ

..... ΝΞΙΚΚΑΙ...Ι...Α

..... ΤΑΘΨΚΙ

..... ΟΤΟΙ ΝΑΜ

..... Η..ΕΤΑ..ΗΙ

..... ΜΙΑΝΚΑΙΤΩΝ

..... ΤΕCΤΜΑΤΕΟΝ

..... ΜΟΥCΙΚΗCΕΤ

..... ΛΟΧΕΟ ΩΤΕΑ

..... ΞΙΤΑΔΩΝΙ

..... ΕΔ..ΟΟΞΕΙΝ

..... ΓΑΤΟΥΤΕΝ

..... ΩΡΟΥΑ..ΙΝΗΓ

..... ΞΙ..ΤΙΜΕΛΞΙ

..... ΞΘΗC ΙΑ.....

..... ΗΚΞΙ.....
 ΔΙCΑ....ΤΗC
 ΔΙΜΑΔΙΑ....
 ΤΞ.,.ΝΟΗ..
 ΙCΗΜΕΤΑ...
 ΔΥC..ΟΗ..ΚΑΙ
 CΟΙ.....CΚΑ
 ΔΙΤΗC....
 ΙΞΝΤΞΗ....
 ΤΟ...CΞ....
 ΚΟΠCΗ.....
 ΑCΝΟΙΞ.....
 ΞΙΙCΞ
 ΝCΞΞΤΙΝ
 ΦΟΤΞΑ
 ΝΑΗ
 ΝΑΔΗ
 ΤΟΔΙΙ
 ΙCΞ
 ΝCΧ
 ΑΔΞ.Χ
 Α...Δ

Post primum sane commendandae Musicae argu-
 mentum, alia, fere omnia, quae eidem laudi verti a
 veteribus solebant, tractantur. Itaque quum alia, quae
 hic desunt, praefatus esset *Philodemus*, in hanc senten-
 tiam pergīt μεδῆ καὶ πλησμογῆ τοὺς μουσικοὺς τε, καὶ φιλο-
 μουσοὺς κοπὸν εἶχειν, καὶ ποιεῖν εἰς παραδοχὴν τῆς εὐσχημονος
 τε καὶ φορτικῆς κινήσεως οἰκείας ὑπαρχούσης, rel. Fatetur
Diogenes Stoicus, prae nimia modorum quantitate, qua

hodierni homines (pro musices nimietate et corruptione),
 quasi ebrii et repleti obstupere, Musicos, et eos omnes,
 qui musicae student, plurimum labore et molestia adfici,
 ut adsequantur tum pulchram et decoram animi motio-
 nem, tum etiam asperam et molestam, quae sit propria
 et temporibus opportuna, etc.

Pergit *Philodemus* docere (cap. I), col. I - III, nullam
 esse musicam, quae ad animos informandos sit idonea.
 (Cap. II et III) col. IV et V disquirat, an musica Divi-
 nitati colendae per se sit idonea? et an musica aliquid
 conferat *Encomiis*, *Hymenaeis*, *Epithalamiis*, *Eroticis*,
Threnis? In fine columnae III, v. 52:

Α δὲ λέγει πρὸς
 τὸ μὴν παρισταδαὶ κινήσῃ,
 καὶ τοῦ λόγου συνόλον εἶναι,
 τροπῶν ὁμοίων ἐτι ἀπο-
 κειμένων, κινήτικώτερα.

COLUMNNA IV. *Vid. Tab. I.*

VERSIO.

Quae autem dicit (*Diogenes Stoicus*) de eo, quod *cantus mo-
 dulationes* commotionem excitent,
 et generatim sermone ipso sint
 magis commoventes, similibus ad-
 huc manentibus moribus (*columna
 IV*), alibi infra videhimus. Iam
 vero de honore, quo per *musicos
 Divinitas* adficatur, satis quidem et
 superius dictum est, et infra rursus
 aliqua dicentur; haec tamen tanti
 momenti etiam nunc libet dicere:
Divinitatem scilicet nostris hono-
 ribus nullatenus indigere, nobis

ἀλλὰ τὸ πρῶτον κατὰ φόρμαδα.
 Περὶ τοίνυν τῆς διὰ τῶν μου-
 σικῶν τοῦ θεοῦ τιμῆς εἰρη-
 ται μὲν αὐταρκῶς καὶ προ-
 φ. 5 τερον, καὶ πάλιν τίνα ρηθῆ-
 σεται, τὰ δὲ τὸσαῦτα λεγέσθω
 καὶ νῦν ὅτι τὸ δαιμονιον μὲν
 οὐ προσδεῖται τίνος τιμῆς,
 ἡμῖν δὲ φυσικὸν ἐστὶν αὐτὰ

10 τιμῶν, μαλίστα μὲν ὄσαις
 θεοληψέσιν, ἐπεὶτα δὲ καὶ
 τοῖς κατὰ τὸ πατριὸν παραδεδ-
 δομένοις ἑκάστῳ τῶν
 κατὰ μέρος, μου-
 15 σικῆ δ' οὐκ ἐπιτετακται. Δι-
 ὅπερ οὐδὲ συναχεται τὸ τοῖς
 κατὰ μέρος αὐτὴν χρῆσι-
 μευεῖν, ἀλλ' εἴτερ' ἀρᾶς τῶν
 δημοσίων. καὶ τούτῳ δ' οὐ-
 20 τε πάντ' εἶδος αὐτῆς, οὔτε δ-
 σσον ποτε παραλαμβάνε-
 ται διαπεποιημένον μα-
 λα ὑπὸ παλαιῶν (καὶ οὐ-
 χ' ὑπὸ πάντων, ἀλλ' ὑπὸ τι-
 25 νῶν ἑλλήνων, καὶ κατὰ ε-
 νίους καιροὺς) καὶ μὴ νῦν
 διὰ μισθῶτων ἀνδρῶτων,
 καὶ πολλὰ τερετίζειν ἐμπει-
 ρίας κατὰ τὸν λόγον πρὸς τι-
 30 μὴν τοῦ θεοῦ συνεργεῖν· καὶ
 μάλλον γὰρ καὶ πολλῶ πλει-
 ονος ἀνίας γινομένης, καὶ
 διαμονίμῳς τῆς μουσι-
 κῆς ἤδη πρὸς γὰρ τὰ ἱερα
 35 παρητημένης, ἔσον μὴ κα-
 τὰ τοὺς ἀγῶνας. Ἀλλὰ δὴ καὶ
 παλαιῶν πολυμνηστῶν
 ἢ πλείστη ὄσαις οὐχὶ τῶν με-
 λῶν, καὶ τῶν κρουσῶν ἢν.
 40 ὡς καὶ τοῦ θεῶρειν, καὶ τοῦ θε-
 ατοῦ, καὶ τοῦ θεατροῦ, καὶ

vero natura inditum esse eam co-
 lere, in primis quidem sanctis
 animi impulsibus divinitus inspi-
 ratis, deinde vero etiam caeremo-
 niis patrio ritu unicuique singula-
 tim traditis, musicam vero nequa-
 quam fuisse imperatam. Quapropter
 non inde colligitur, musicam,
 licet eas caeremonias comitetur ali-
 quando, singulis esse utilem, sed
 potius publicas preces. Et proinde
 patet nec quamlibet musicae spe-
 ciem, nec quidquid umquam tradi-
 tione accepimus valde usitatum ab
 antiquis (neque ab omnibus, sed
 a quibusdam Graecis, et certis tem-
 poribus), quodque nunc per mer-
 cenarios homines, perque peritiam
 multum lascivienti voce perstre-
 pendi exercetur, ad Divinitatem
 colendam rationabiliter condu-
 cere: et praesertim cum multo
 plus sit hodie venalitatis, et mu-
 sica in sacris constanter sit repu-
 diata, tantum non in agonibus.
 Inmo etiam antiquitus celebri-
 rum *agonum* plurima praebitio non
 in cantibus et instrumentorum pul-
 sationibus consistebat: ita ut et
θεῶρειν spectandi, et *θεατοῦ specta-*
τορις, et θεατροῦ theatri, et.....

E. Philodemi Libro quarto de Musica.

Columna IV.

ΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑΔΑ
 ΠΕΡΗΡΕΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝ
 ΚΙΚΚΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝΥΝ
 ΤΑΙΜΕΝΔΑΤΤΑΡΡΥΟΥΚΑΙΤΤ
 ΤΕΡΩΝΚΑΙΤΑΛΙΝΤΙΝΑΡΗΗ
 ΚΕΤΑΙΤΑΙΕΤΟΔΑΙΜΟΝΙΟΝΜΕΝ
 ΚΑΙΝΥΝΟΤΤΟΔΑΙΜΟΝΙΟΝΜΕΝ
 ΟΥΤΡΟΔΕΙΛΑΙΤΙΝΟΤΥΜΗΘΗ
 ΜΙΝΔΑΔΥΕΙΚΕΝΕΚΤΑΝΑΥΤΟ
 ΤΥΜΑΡΚΑΙΤΑΜΕΝΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΩΔΗΡΕΚΙΝΕΡΕΙΤΑΔΕΚΑΙ
 ΤΟΙΚΑΤΑΤΟΠΑΙΡΙΟΝΤΑΒΑΕ
 ΔΟΜΕΝΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΝΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΙΚΗΔΟΥΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΟΤΕΡΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΤΑΝΕΡΡΕΚΑΥΤΗΡΑΡΗΚ
 ΜΕΥΕΙΝΔΥΝΟΜΕΒΑΡΑΡΑΡ
 ΔΗΜΟΤΙΩΝΚΑΙΤΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΤΕΤΑΝΕΙΔΟΚΑΥΤΗΡΟΝΤΕΡ
 ΟΝΤΟΤΕΡΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΤΑΙΔΑΙΤΕΡΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑΑ
 ΧΥΤΟΡΑΥΤΟΥΚΑΙΤΑΡΑΡΑΡ
 ΝΩΝΕΛΑΥΤΗΝΟΚΑΙΤΑΡΑΡ
 ΝΙΚΕΡΚΑΙΡΟΚΕΚΑΙΤΑΡΑΡ
 ΔΙΑΜΙΚΘΟΥΤΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΚΑΙΤΟΝΑΔΑΙΤΕΡΕΚΑΙΤΑΡΑΡ
 ΔΙΑΚΚΑΤΑΥΤΗΝΑΟΡΟΝΔΟΚΕΤ
 ΜΗΝΕΟΡΕΒΕΙΟΤΥΝΕΙΝΚΑΙ
 ΜΑΛΛΑΝΙΝΤΕΡΑΙΦΓΑΔΑΡΑΡ
 ΟΝΟΚΩΝΙΑΣΤΗΜΟΜΕΝΑΚΚΑΙ
 ΔΙΑΜΟΝΙΜΟΥΤΗΡΑΡΑΡΑΡ
 ΚΙΧΔΗΤΟΚΕΤΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΤΗΡΗΤΗΜΕΝΗΦΟΚΟΝΙΟΙΟΙ
 ΤΑΤΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΑΝΑΙΤΩΝΤΟΥΜΗΝΟΙΟΙΟΙ
 ΗΤΑΕΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΑΥΝΚΑΤΟΥΝΚΕΚΕΤΕΥΝΕΤΗ
 ΤΙΟΤΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΙΤΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΧΑΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΟΚΩ

ΚΑΙΤΑΤΟΥΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΙΤΟΝΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΡΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΙΤΑΘΕΑΜΑΥΤΑΚΑΙΤΑΡΑΡ
 ΤΗΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΨΑΙΤΩΝΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΜΟΥΚΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΧΟΡΔΑΝΕΜΑΝΟΝΔΑΤΕΚΤΟΥ
 ΤΑΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΝΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΕΤΕΙΔΕΑΤΟΥΚΡΩΝΤΩΚΑΙΟΙ
 ΡΙΟΥΔΑΔΑΜΟΥΚΙΚΗΚΑΙΔΑΕΥΕ
 ΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΩΜΙΩΝΑΥΤΑΥΤΑΥΤΑΥΤΑΥΤ
 ΟΥΚΑΙΟΥΕΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΕΠΙΟΥΤΟΔΑΥΧΕΥΤΟΤΩΟΥΚΑΤΑ
 ΜΟΥΚΙΚΗΝΤΗΝΝΥΝΕΕΕΑΖΟ-
 ΜΩΝΗΝΚΑΙΟΥΤΕΚΕΙΝΩΝΕΥ
 ΖΕΝΩΚΑΙΔΑΝΟΗΤΩΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΑΙΝΥΜΕΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΙΤΩΝΡΗΘΟΥΩΝΕΤΙΟΙΟΙ
 ΚΑΟΥΟΥΤΩΝΟΥΤΙΡΑΦΕΩΕΙ
 ΚΟΙΝΟΝΕΕΚΑΕΤΟΥΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΑΙΝΑΡΕΙΡΟΙΚΑΙΔΗΜΙΟΙ
 ΤΟΙΤΑΔΑΝΑΜΒΑΝΟΝΤΑΚΑΙ
 ΤΑΠΟΙΗΜΥΕΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΚΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΑΥΤΟΥΤΑΡΕΧΟΜΕΝΑΧΡΕΙΑΝ
 ΕΝΤΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΧΕΙΛΑΤΙΚΑΤΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΕΤΙΝΕΤΟΚΑΙΤΑΡΑΡΑΡΑΡΑΡ
 ΧΑΤΑΘΙΝΟΚΑΙΤΟΥΚΑΙΟΥ
 ΚΙΟΥΚΑΙΤΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΑΗΚΑΙΤΑΜΟΚΑΤΑΟΥΟΙΟΙΟΙ
 ΘΟΝΑΝΕΤΟΙΟΝΥΝΔΑΝ
 ΧΕΔΟΝΚΑΙΤΑΝΤΑΤΙΚΙΚΑ
 ΤΑΔΕΕΥΜΕΝΩΝΤΩΕΤΙΟΙ
 ΑΑΜΩΝΟΝΣΤΟΥΤΑΤΟΙΟΙΟΙ
 ΜΕΝΟΥΚΝΗΚΑΤΕΑΩΗΑΝ
 ΚΑΝΗΝΝΕΕΡΡΟΥΤΙΚΟΝΤΑ
 ΘΟΗΤΟΙΟΝΑΝΑΑΑΑΑΑΑΑ
 ΜΑΝΟΥΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙΟΙ
 ΤΗ

Tab. I.
 Columna V.
 Tab. I.

P. 4. Ringgio alle Scale No. 421.

E scholiis Caroli Rosinii in columnam III.

(Vers. 43. μην παραταδαι κινησιν.) His verbis procul dubio respicit *Philodemus* facultatem του κινειν, *commovendi*, quam musicae vulgo tribuebant. — Ut autem trium insequentium linearum sententiam indicio vocis κινησιν, quae satis aperte legitur, divinare non admodum difficile fuit; ita nimio plus in singulis vocibus restituendis nos torsimus. Difficultatis autem ratio ea est, quia in laciniosis hisce columnarum oris admodum male habitis verum lacunarum hiatum, sive detritorum elementorum numerum, metiri non licet; quippe quia tenuissimae hujusmodi papyri laciniae, dum tabellis adglutinarentur, nunc conrugatae, nunc distentae, pristinum scripturae modum servare minime potuerunt. Quare mirari desines, si in tribus postremis lineis aliquanto liberior nostra supplendi ratio videatur.

E scholiis in columnam IV.

(Vers. 1. αλλω τοπω.) H. e. a columna VII usque ad X, ubi eam quaestionem agitat, an musica vi κινητικη sit praedita?

(V. 2. περι των των της του Θεου τιμης.) Duo esse musices officia, ait *Plutarchus* in tr. *De musica*, pag. 1146, nimirum gratam adversum Deos remunerationem, et puram, concinnam sibi que convenientem constitutionem. Ambo autem haec munera την παιδευσιν, *hominum institutionem* generatim respiciebant; itaque, cum musicae το παιδευειν tribuerent, utrumque intelligebant. Exinde patet, cur Noster, cum de musica παιδευτικη verba fecisset, de Divinitate etiam per musicam colenda sibi disserendum fuisse adstruat.

(V. 13. *ἐκασφ των κατα μέρος.*) In *αυτογραφο* adscriptum fuerat *των μουσικων*. Vocem autem *μουσικων* errore huc inrepsisse et sensus docet, et puncta, quibus est confixa, dubitare non sinunt. Eccui autem hujusmodi erratum adscribemus? Librario utique non videtur. Vox enim *μουσικων* in tota hac columna nullibi comparet; itaque dici nequit oculorum *παρωραματι* factum esse, ut is dictionem superius vel inferius positam huc interjecerit. Probabilius igitur erit, si dicamus a dictante, et quidem auctore, errorem profectum, cujus in mente cum perpetuo *μουσικα* et *μουσικοι* versarentur, nihil facilius fuit, quam ut sibi inter dictandum, animo aliquantisper abalienato, post articulum *των* succurreret *μουσικων*, eamque vocem effunderet, quam statim in se receptus deleri iusserit.

(V. 15. *επιτετακται.*) Exstantes elementorum reliquiae detritam vocem sic restituendam indicant. Nec sententia auctoris abludit. Vult enim musicam, quae patrias caeremonias comitari soleret, nullo divino praecepto inculcari.

(V. 23. *και ουχ' υπο.*) Vide amanuensis nostri imperitiam, sive oscitantiam, qui unam syllabam *ουχ* bivariam divisit, litteram *χ* in inferiorem lineam trahens, quasi ad sequens *υπο* pertineret.

(V. 28. *τερετιζειν.*) Procul dubio sic mancam in autographo vocem esse sarcinendam res ipsa clamat; quemadmodum *τα τερετιζομενα* iterum legendum videtur col. XXIX, v. 21, ubi bis a librario descripta verba *και οταν δε λογους αναδιδωσι τα περιγνομενα*, quae mox veluti superflua partim punctis confixit, partim uncis de more inclusit.¹

¹ Quid huic sphalmati occasionem praebuisse putas? Nisi illa particula *και* bis posita post bina verba similiter cadentia, h. e. prima

Dicebantur autem musici *τερετιζειν*, cum eundem sonum pluries iterarent, sive cum ore canerent (quod proprie *μελισμον* adpellabant), sive cum organa pulsarent (quod *κομπισμον* vocabant), ita enim *τεττιγας*, *cicadas*, imitari videbantur. Id diserte docet *Manuel Bryennius*, qui sua omnia ex antiquis consarcinavit; lib. III, sect. 4. Hanc autem tonorum iterationem cicadaeque imitationem corruptae et lascivientis musicae vitio vertebant antiquae simplicitatis amatores, utpote quae ad aurium prurimum unice inserviret. Itaque licet *τερετισμος* proprie sit cantus species (ut videre est etiam apud *Pollucem*, lib. IV, cap. 16, tit. 4), accipiebatur tamen pro inepto et inconcinno strepitu, eo prorsus modo, quo nos Itali dicimus *cicalleccio*. Atque haec ipsa est *Philodemi* mens, cum ait, suo praesertim tempore musicam, quae a mercenariis hominibus, et nil nisi cicadarum more strepere callentibus, exerceretur, Deorum honori nequaquam posse inservire.

(V. 29. *τιμην.*) Cerne in autographo scriptum *τειμην*, nec ε puncto confixum adparere.

(V. 37. *πολυμνησων.*) Ita refingendam duximus vocem satis male habitam. Persuademur enim, heic velle *Philodemum*, musicam ne spectaculis quidem fuisse necessario adnexam, quandoquidem in eorum celeberrimis antiquitus musici locum non haberent, sed cursu tantum certaretur; quare mox *θεωρειν* dictum potius a *θειν currere*, quam a

post *τερετιζομενα*, mox post *περιγνομενα*. Etenim vel ipse scriptitans librarius, vel qui dormitans scriptitanti dictaret, sed alius certe ab auctore, recurrente simili vocis desinentia *ομενα*, eademque particula *και* insequenti deceptus, iterum primum *κομμα* pro secundo accepit, idemque rescripsit, *Rosinius*, pag. 118.

θεός, contendit. Quod a vero alienum non esse, *Plutarchus* ipse docet, Convival. V, quaest. 2.

(V. 40. ὡς και του θεωρειν κ. τ. λ.) Vid. ad v. 1 columnae sequentis.

COLUMNA V. *Vid. Tabul. I.*

επωνομασθαι φησὶ αν τις,
και απο του θειν το θεωρειν,
και τον θεατην, και το θεα-
τρον* ου γαρ επιμοιωνει το
v. 5 θειον αυτοις μαλλον, η το θειν*
και τα θεαματα συναγεσθαι
της τιμης ενεκα παραλελη-
φθαι των θεων, αλλ' ου την
μουσικην ακουσικην νυν υπαρ-
10 χουσαν* μαλλον δ' απο του
ταις οφεισιν οραν, και τη δια-
νοια προσηγορευσθαι ταυτα.
Επει δε αποχραντως και πε-
ρι του δια μουσικης παιδευε-
15 σθαι λελενται, περι των εγ-
κωμιων αυτα ταυτ' επιωμεν*
οτι και υπο των ποιηματων
εγινετο, αλλ' ουχ' υπο των κατα
μουσικην την νυν εξεταζο-
20 μενην* και υπ' εκεινων ευ-
τελως, και ανοητως τοις ε-
παινουμενοις* και τουτο
και των ρητορικων εστι, και
καθ' ολον των συγγραφεων
25 κοινον. Εις δε τους γαμους
και μαγειροι, και δημιουργοι
παραλαμβάνονται. και
τα ποιηματ' εστιν, ουχ' η μου-
σικη τα την εισημενην υ-

(Cognominum sectatores.) Atqui
posset aliquis dicere etiam a verbo
θειν, currere, dictum esse θεω-
ρειν, et θεατην, et θεατρον. Non
enim quid magis commune cum
ipsis habet nomen θειον, quam
verbum θειν. Ad haec posset ad-
dere, nos acceptum referre Diis
morem spectacula indicendi eo-
rum honoris gratia, non vero prae-
sentem musicam ad aures titil-
landas comparatam; quia potius
aspectando cum oculis, tum mente,
ea fuisse dicta spectacula. Quo-
niam vero de institutione per mu-
sicam etiam sufficienter dictum
est, de encomiasticis cantilenis
eadem nunc dicamus: nempe quod
encomia per poemata fiunt, non
vero ab his, quantum adnexam
habent musicam, de qua nunc
quaerimus; et quidem ita fiunt,
ut nullo pretio, nulloque intel-
lectu sint laudatis viris: quod
vitium et oratoribus et universis
scriptoribus est commune. Ad
nuptiales vero celebritates etiam
coqui et cupidinariae mulieres
advocantur; atque etiam poemata
sunt non musica, quae commoda

30 π' αυτου παρεχομενα χρεϊαν. ab hoc nostro recensita praebent.
Εν τοις υμναιοις και βρα- In hymenaeis enim ab initio non
χεια τις απαρχη του γενους nisi brevis laudatio generis per ea
εγινετο, και παρατισιν, αλλ' ου- texebatur, et apud quosdam, non
χ' απασιν, και τοις γαμου- apud omnes, solis autem nubent-
35 σιν, ουχι και τοις αλλοις. tibus, non etiam reliquis; et sane,
δη και γαμος απλως αγα- si nuptiae absolute bonum dici
θον αν λεγοιτο, νυν δ' ηδη possunt, nunc cum fere apud
σχεδον και πανταπασι κα- omnes abolita sint epithalamia,
ταλελυμενων των επιθα- nemo sane ea, quibus nos desti-
40 λαμιων, τα τουλαπτον εχο- tuimur, illis restituere sataget. At-
μεν, ουκ αν τις απεδωη. que etiam amoris passio minime
και μιν το γε ερωτικον πα- sancta, sed legum violatrix . . .
θος ουκ αφοσιον, αλλα παρα-
νομον
45

E scholiis in hancce columnam V.

(V. I. επωνομασαι.) Quid sibi heic velit Noster, a *Plutarcho* plane discimus in tr. de musica, pag. 1140: *At enim apud antiquos Graecos, ne notam quidem aiunt musicam, quae theatris inserviret; totam scientiam illam Deorum venerationi adolescentumque institutioni impensam fuisse, quod tum, nondum theatro ullo apud eos homines aedificato, musica adhuc in templis versaretur, Deorum venerationi et laudibus bonorum viro- rum inserviens: et verisimile esse THEATRI vocem, ac multo antiquiorem θεωρειν (quod est spectare) a θεω fuisse deductas. Plutarchus indicat verbis: ειμος ειναι, verisimile esse, hanc opinionem non esse suam, sed vulgi fuisse receptam. Hoc idem igitur argumentum multo ante protulerat Diogenes Stoicus, idemque theatri ετυμον adstruxerat: hoc ut refutaret Noster, in extrema columna*

praecedenti, ubi detrita est, retulerat; cui nunc ita respondet, inanem huiusmodi argumenti vim ab ετυμω petitam eludens.

(V. 10. μαλλον δ' απο του ταις οψεσι δραν.) Locus admodum obscurus, qui diu nos torsit; sensum tamen eo, uti accepimus, inclinare nemo fortasse ambiget. *Philodemi* enim mens videtur, ipsum verbum θεαεν, unde θεαματα, de quibus est sermo, nihil aliud esse, quam δραν ταις οψεσι, και τη διανοια, h. e. *spectare cum oculis, tum mente*, quod quidem verissimum est per Grammaticos.

(V. 12. ταυτα.) Scripserat librarius, uti vides, ταυτη, mox correxit ταυτα; quod bene habet: refertur enim ad θεαματα, non ad vicinum τη διανοια, quod caussa erroris fuisse patet. Cui autem potissimum σφαλμα illud adscribemus? Dictanti utique, cui de integra orationis sententia constabat, vicinum substantivum minime fraudem facere poterat. Librarium ergo dicemus peccasse. Sed oculis, dum ab exemplari exscriberet, an auribus dictata excipiens peccavit? Hoc alterum potius duxerim. Non enim tantum α in η permutavit, quod παραγραμματι tribuerem; sed iota etiam consulto adpinxit: siquidem auscultans ταυτη pro ταυτα, statim opinatus est, ad vicinum substantivum διανοια fore referendum, ideoque το iota adscribendum.

(V. 13.) Vide quae adnotavimus ad col. IV, v. 2.

(V. 26. δημιουργοι.) Teste *Athenaeo*, lib. IV, qui bellaria et placentas conficiebant, a majoribus δημιουργοι adpellabantur; coqui autem obsonia praeparabant.

(V. 32. απαρχη του γενους.) In mendo fortasse hic textus cubat, et vocula inter scribendum excidit. Legendum ergo suspicamur: απ' αρχης του γενους αιμος, αινεσις, vel

fale quid, h. e. *brevis ab initio generis laudatio fuit*; aut επ' αρχη, *in initio* scilicet hymenaeorum.

(V. 43. ουκ αφοσιον.) Epicurei amoris adpetitum malum esse putabant, et quidem magnum ridiculumque valde esse, reputare, amatoriam existere virtutem, et insuper opinari cantus ad rectum amoris usum conferre. Epicurus enim, contradicentibus adprime Stoicis, amorem semper vitiosam rem existimavit. *Amatoria virtus*, quam exhibet hic Noster, Stoicorum inventum fuit, praesertim Chrysippeorum; nam *Chrysippus*, teste *Plutarcho*, de *Virt. morali*, auctor fuerat, virtutes innumeras secundum varias qualitates, quas respicerent, esse constituendas. Cl. *Rosinius*, pag. 61 et 74.

In columna VI¹ agitur *de musica, quae ludicris certaminibus inserviret, quid sentiendum?*

(Cap. V.) Col. VII, VIII, IX et X, *An musica suapte natura vi movendi polleat?*

(Cap. VI.) Col. X - XIII, *generali argumento, quod in honore apud veteres fuerit musica, obviam itur.*

(Cap. VII.) Col. XIII, XIV et XV, *An ad rem amatoriam musica quid olim contulerit?* In columnae XIV versu 43 citat *Philodemus* Nicandrum et alium hisce verbis: ουτε Νικανδρος, ουτε Κ... τουτο παρεσησε δια των μελων; neque *Nicander*, neque C... id factum ostendit *cantionum ope*. *Nicander* est sine dubio Colophonius, qui inter alia scripsit *ιασεως συναγωγην, remediorum collectionem, et εταιρουμενων βιβλια πεντε, de dissolute viventibus, libros quinque*. Cl. *Rosini* haeret, pag. 66, in littera K... Nullus dubito, legendum esse: Κρεξος, cuius

α Cap. IV secundum divisionem ccel. *Rosinii*.

poema citat *Philodemus*, col. X, v. 2, et qui a *Plutarcho* in tr. de Musica bis commemoratur.

(Cap. VIII.) Col. XVI et XVII, *Quid in conviviis praestiterit musica?*

(Cap. IX.) Col. XVII et XVIII, *An ad amicitias conciliandas quid conferre queat?*

(Cap. X.) Col. XVIII et XIX, *Quid de Thaletis et Terpandri historiis sentiendum?*

(Cap. XI.) Col. XX et XXI, *An musica sit commendanda, quod religioni vulgo inserviat?*

(Cap. XII.) Col. XXI-XXIII, *An musica intellectum acuatur et relationem ad alias scientias prae se ferat?*

(Cap. XIII.) Col. XXIII-XXVI, *An musica ad virtutes animum disponat?*

(Cap. XIV.) Col. XXVI-XXIX, *Quid musicae et musicorum nomine ejus artis laudatores intellexerint?*

(Cap. XV.) Col. XXX et XXXI, *An musica coelestibus meteoris respondeat?*

(Cap. XVI.) Col. XXXI-XXXIII, *Num animi affectus immutare queat?*

(Cap. XVII.) Col. XXXIII et XXXIV, *An utilitatem musica pariat?*

(Cap. XVIII.) Col. XXXIV et XXXV, *An musicam Dei invenerint?*

(Cap. XIX.) Col. XXXVI-XXXVIII, *Quibus de causis vulgo musicam discerent?*

COLUMNA XXXVI.

VERSIO.

Lin. 24 ἀπαντες δε παραδεχομενοι ταυτας δια τερψιν* Τα γαρ των αγαθων ανδρων πραξεις και τ'αλλα διανοηματα λογον ετερον εχει* Δημοκριτος μεν
30 τουνυ, ανηρ ου φυσιολογωτατος μονον των αρχαιων, αλλα και των ισορομενων, ουδε νεοτη αν πολυπραγμων, μουσικην
35 φησι νεωτεραν ειναι, και την αιτιαν αποδιδωσι λεγων. μη αποκρινω τ'αναγκαιον, αλλα εν του περιουτουτος ηδη γινεσθαι*
40 πλην αλλα αρχαιοτατη δοκει τε, και φερειν τι θαυμασιωτατον, και εμλειειν

et vulgus omnes rationes hasce delectationis gratia receperunt. Excellentium enim virorum acta diversaeque opiniones alio pacto loquuntur. Enimvero Democritus maximus naturae interpres non ex antiquis solum, sed etiam inter quotquot ad nostram usque memoriam florere, vir minime novitatis studiosus, musicam ait juniorem esse, et rationem reddit, dicens: Non judico necessariam, sed superflui loco jam esse; attamen antiquissima aliquibus videtur, et mirabilia admodum ferre et in se includere

COLUMNA XXXVII.

Vid. Tab. II.

..... δοκει δε και τα φαυλα κατατεταμησθαι, καταρχας ως αν υπο πληρωδειςερον; υστερον δ'υπο των συνετωτερων. Τα δυσγνωστα μεν α Πλατων, οση συμφοροτερα. Μικροφυλον δε και μηδεν αξιολογον εχοντων, ο παραπεμφουσιν αυτους. Τι γαρ δει λεγειν;

..... Puto autem vitiosa etiam ab ea desecta fuisse, utpote cum initio a lutulentis hominibus tractaretur, postea vero a sollertioribus. Cognitu quidem difficilia sunt, quae scribit Plato, quo utiliora. Pusillanimi autem viri, et qui nihil egregium praestare queat, illud est, quo sese committent. Quid enim dicen-

ευδαιμονας ποπουσιν
 το δια την εαυτοις ποτε
 παρασκευην της τερψι-
 15 ως πονειν μανθανειν,
 και την αφροδιαν ουχ' ε-
 ρωντων, οση των ακροα-
 ματων εστιν, των δημο-
 σια παρισταμενων, ου δε
 20 την εξουσιαν του δια παν-
 τος, ει βουλοιμεθα μετεχειν
 κατα πολιν. ουδ' εφισταμε-
 νων επι το και δια μα-
 κρων χρονων την φυσιν
 25 επικοπτειν, και ταχεως προσ-
 κορη γινεσθαι. διο και
 παρεκτεινοντων πολλα-
 κι των αγωνων αλλο τι
 πραττομεν. Εω γαρ το, την
 30 μεν ιδονην ουκ αναγ-
 καιαν ειναι, την δε μαθη-
 σιν, και μελετην, ινα τερ-
 παμεν αυτους, επιπονον
 τ' ειναι, και ταν κυριωτα-
 35 των προς ευετηριαν επιφει-
 ουσαν, και την συνεχως α-
 πρεπειαν του μειρακιω-
 δως εδοντος, η καθαριζον-
 τος εν εργω. Περι δε του μη-
 40 δεν διαφορωτερον, η δεον
 . . . να . . . ουσι
 τρος
 . . . νε τοις

dum? Semet felices reddent, dis-
 cendo nunc laborare, ut aliquando
 sibi oblectationem comparent;
 cum neque videant, quot acroa-
 matis publice abundemus, quan-
 taque dignitas nobis parata foret,
 si vellemus nosmet publicis nego-
 tiis immiscere: neque illud anim-
 advertunt temporis longitudine na-
 turae propensionem deficere, et
 brevi exsaturari. Propterea fit, ut
 saepe nos, spectaculis in longum
 abeuntibus, alia omnia agamus.
 Praetereo enim dicere eam oblec-
 tationem minime necessarium quid
 esse, discere vero et studere, ut
 nosmet oblectemur, non modo la-
 boriosum esse, sed etiam pro-
 prium principum virorum, propter
 reginam opulentiam, qua perfru-
 untur; neque dicam, quam inde-
 corum sit, virum, quasi pro suo
 munere, pueriliter perpetuam dare
 operam cantui et fidibus. Quod
 autem nihil praestantius vel op-
 portunius

COLUMNA XXXVIII.

Vid. Tab. II.

παθημασιν, υψερρον που δε-
 ασκεφομεθα. Όταν δε περι-
 ουσιαν, και δοξαν εκ του
 μαθηματος φωσι περι-
 5 γινεσθαι, λεγωνμεν, οτι κοι-
 να τε προφερονται πολ-
 λων επιτηδευματων, και
 λειπομενα πλειονων και
 μετα πονων λυσιτε-
 10 λειν, και μαλλον μυριω-
 τοις αγωνισαις, η τοις αρμο-
 νικοις. Το δ' εν συμποσιοις
 και συλλογοις αλλοις εχειν
 τι λεγειν και απαρχεσθαι
 15 και κοινον εστιν αλλων,
 και ου παρα παντων, ως ε-
 π' ενιων, αξιουμενον' ισως
 δε νυν καταγελωμενον, ει
 φιλοσοφος ποιησι τοδε θε-
 20 ωρητικον υπο των πλει-
 σων ου συνιεμενον, και
 προς το συντελεισθαι δεο-
 μενον μελετης, η των προς
 μακαριστητα τεινοντων
 25 αφιστησι* και μυριω κρειτ-
 τον εχειν την ευθυμιαν,
 η την ακρησιαν επιδει-
 κνυμενους των αλλων
 τιλων εκ της διεξοδου πε-
 30 ραινοντας. Τοσαυτα, ποι-
 νυν ειρηκως, προς α τινες
 εγκεχειρηκασι, δια τ' ειναι
 μην αν δεοντως. οτι χαριν

adfectibus, postremo considerabi-
 mus. Cum autem opes et gloriam
 ex ista disciplina provenire aiunt,
 respondeamus, isthaec proferri
 multis studiis communia, et a
 quamplurimis etiam abesse; nec
 sine laboribus eam proficuum esse,
 multoque magis scenicis, quam
 nitidis harmonicis. Illud vero, in
 conviviis aliisque coetibus ha-
 bere, quod dicas, et primos ca-
 pere tum commune est aliorum
 studiorum, tum etiam non ab
 omnibus, uti a quibusdam, istud
 expetitur. Fortasse etiam nunc
 ridiculum fuerit, si Philosophus
 theoreticum hujusmodi argumen-
 tum in conviviis proponat, quod
 a plerisque minime intelligatur,
 quodque, ut explicetur, studio
 indigeat, quod utique iis, qui ad
 beatitatem contendunt, deficit;
 atque id cum nos multo potiore
 esse animi tranquillitatem, quam
 aliarum quisquiliarum inutilitatem
 in totius operis conclusione ex
 ista digressionem ostendamus. Tot
 igitur tantaque disserui adversus
 ea, quae aliqui tractarunt, prop-
 terea, quia opportunum fortasse

<p>35 40</p>	<p>μεν πιθανότητος αὐτῶν οὐδὲ πολλοσημορίου ὠ- φελὸν ἐκτείνειν, διὰ δὲ τὴν δόξαν τῶν προσαν- τῶν, καὶ τὴν τῶν πλει- σῶν συνατακοσμησιν ἀνδρῶπων, καὶ τὸν λεγόν- τα θαυμασία... ο... πειθ ... τε... εἰ ... κα...</p>	<p>erat. Namque profecto propter ipsorum suadelam ne minima qui- dem parte debebam me extendere; sed propter opinionem eorum, qui praesunt, et propter multo- rum hominum constitutionem, et propter hunc, qui mirabilia prae- dicat .</p>
------------------	---	--

E scholiis Caroli Rosinii in columnam XXXVI.

(V. 29. Δημοκριτος κ. τ. λ.) Non immerito tantis lau-
dibus Democritum *Epicureus* Noster mactat, quem ma-
gistro suo in pluribus, et praecipue in atomorum doctrina,
praeivisse, diffiteri non poterat. Qua de re *Tullius I*, de
Fin. cap. 6 : *Democrito (Epicurus) adjicit, per pauca
mutans, sed ita, ut ea, quae corrigere vult, mihi quidem
depravare videatur. Et infra : Epicurus, in quibus se-
quitur Democritum, non fere labitur. Democritum
autem inter alia innumera etiam musica tractasse, librum-
que, cui titulus περι ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίας, de rhythmis et
harmonia, adornasse, testatum facit Laertius, libro IX;*
unde ista fortasse, quae Noster recitat, desumpta sunt.

(V. 35. νεωτεραν.) Antiquissimam Μουσοφιλοι eam artem
praedicabant, quos inter *Plato*. Sic *Maximus Tyrius*
Platonicus illam πρεσβυτατον των εν ψυχῃ επιτηδευματων,
antiquissimam omnium animi disciplinarum, dicit :
Democritus contra juniorem, quippe eam non necessa-
riam, sed inter superflua haberet. Necessaria enim pro-
fecto sunt antiquissima.

(V. 37. μη αποκρινω κ. τ. λ.) Democriti ipsius verba
procul dubio sunt haec, utpote quem ἰωνίζειν in voce
περιεντος vides.

Scholia in columnam XXXVII.

(V. 6, 7. δυσγνωσαι μεν ἃ Πλατων.) Plato satis aperte musicam extollit. Epicurus profecto Pamphili Platonici auditor Sami fuerat, teste *Laertio*, et *Tullio* de Nat. Deor. *Sed hunc Platonicum*, ait, *mirifice contemnit Epicurus; ita metuit, ne quid umquam didicisse videatur.* Sed Noster Epicureus fortasse aequior est.

(V. 21. εἰ βουλοίμεθα μετεχειν κατὰ πολιν.) Amanuensis fraude hinc excidisse reor post μετεχειν particulam των: ita enim syntaxis melius constaret.

(V. 30. ἡδονην οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι.) Quandoquidem Epicurei την ἡδονην bonorum finem agnoscebant, videri posset sibi non constare Epicureus Noster, qui την ἡδονην non necessariam heic edicit. Atqui secundum Epicurum non omnes voluptates necessariae sunt, sed eae tantum, per quas naturalibus et necessariis cupiditatibus occurrimus; scribit enim ipse in epist. ad Menoecum apud *Laertium*, lib. X: τὸς ἡδονης χρεῖαν εχόμεν, ὅταν ἐκ τοῦ μὴ παρῆναι την ἡδονην ἀλγώμεν· ὅταν δὲ μὴ ἀλγώμεν, οὐκετι της ἡδονης δεόμεθα: *tunc voluptate egemus, cum ex illius absentia excitatur in nobis dolor; at cum non dolemus, tunc nulla in nobis voluptatis indigentia est.* Vide *Petrum Gassendum* in hunc locum. (De vita et moribus Epicuri libri VIII pag. 56.)

(V. 31. ἀναγκαῖον.) Vide heic inficetam scioli emendationem, qui refinxit ἀναγκαῖαν, infra vero reliquit ἐπιπρονεν.¹

1. Επιπρονεν recte se habet: est enim generis communis; neque necesse erat emendare ἀναγκαῖον, subintelligi poterat χρημα. M.

Scholia in columnam XXXVIII.

(V. 5.) Scripserat librarius : Πολ (πολλὰ), quae correxit KOINA.

(V. 18 et seq. καταγελωμενον ει φιλοσοφος.) Quidvis enim potius, quam musicas quaestiones in conviviis propositas, ferre quibant Epicurei. Hinc *Plutarchus* in libro, cui titulus, *Non posse suaviter vivi secundum Epicurum*: προβλημασι μουσικῶν και κριτικῶν φιλολογοῖς ζητημασιν ουδε παρα ποτον διδουσ χωραν, αλλα και τοις φιλομουσοις των βασιλεων παραρων στρατηγικα διηγηματα και φορτικας βωμολοχιας υπομενειν μαλλον εν τοις συμπουσις, η λογουσ περι μουσικων και ποιητικων προβληματα των παρανομενουσ ταυτι γαρ επωλησε γραφειν εν τῳ περι βασιλειας: *Musicis quaestionibus et eruditis Criticorum disquisitionibus ne inter pocula quidem locum concedit (Epicurus); immo Regibus Musarum studiosis auctor est, ut in conviviis narrationes militares et importunas scurrilitates potius tolerant, quam disputationes de musicis et poeticis quaestionibus institutas.*

(V. 19. ποιηη.) Male adpingitur I post H, quod τῳ Ω est subscribendum.¹

(V. 26. την ευθυμιαν.) Περι ευθυμιας, de securitate sive

¹ De hacce laterali Iotorum ad α, η, vel ω adscriptione vid. I. D. Majoris Epistola de Iotorum subscriptione suspecta eorumque praesertim ex nummis veterum, graece inscriptis, irrefragabili perpetuoque exsilio. Kiliae, 1685, 4; et Altdorfii, 1724, 4, pag. 17 seq. Jam in antiquissimis inscriptionibus Iota hocce adscriptum reperitur, u. c. in Borgiana et Naniana (vid. Tab. II), quae ultra 150 annos superant Psephisma Atheniensium, sive pacta cum Stratone Rege Sidoniorum circa a. 352 ante Christum natum; inter marmora Oxoniensia, 1763, vol. II, num. XXIV. M.

animi tranquillitate, ut interpretatur *Cicero*, de Finibus, librum scripserat *Democritus*, de quo *Laertius*, *Plutarchus*, *Clemens Alexandrinus*, *Tullius*, *Seneca*, aliique meminuerunt, qui forte, ut recte conjicit *Menagius* in *Laertium*, non est diversus ab eo, quem inscripserat περι τελουσ, de *Fine*. Animi enim tranquillitatem, tamquam homini finem summumque bonum proponebat. — Itaque Noster nunc ipsam *Democriti* vocem usurpare non dubitat, et secundum suae sectae placita ευθυμιαν multo pluris, quam *inutiles alias quisquilias* faciendam esse pronunciat.

(V. 29. τιλων.) MS. offert τιτων vel τιπων. Quid monstri hoc est? Refinge igitur τιλων. Τιλας enim adposite adpellat Epicureus Noster prae ευθυμια musicam scientiam, et gloriolam, quam ex ea quidam captare studebant, utpote αχρησουσ, *inutiles* ad beatitatem adsequendam. Id enim in totius operis conclusione se intendere profitetur.

(V. 39. συγκατακοσμησιν.) Nulli dubium, quin ita legendum sit; etsi ante K adsit N pro Γ, quod scribere solemus.¹ Sed huic calligrapho, quem minime Graecum hominem ducimus, cujusque oscitantiam ab ovo, ut aiunt, ad malum usque experti sumus, quis fidere ausit, ut certam inde scripturae normam capiat? Συγκατακοσμησιν vero nihil aliud heic significare potest, quam *constitutio*, qua nempe fiebat, ut apud plures gentes vulgo recepta

¹ Sic etiam in inscriptionibus et gemmis legimus, v. c. in Sarda capitis Pompeii nomen artificis legitur ΑΦΑΘΑΝΙΕΛΑΟΥ. *Winckelmann*, Description des pierres gravées de Stosch, pag. 437. Conf. *Henr. Stephani* Paralip. Grammat. p. 7, 8, et Index grammat. ad Gruteri Inscriptiones, litt. N. M.

esset musica, et in honore habita: quapropter tam multa scriptitare, nosque defatigare opportunum Noster existimavit.

(V. 41. *Θαυμασια.*) Forsan licebit mihi post Reverendiss. Rosini conjicere, hoc modo volumen clausisse *Philodemum*:

ΚΑΙ ΤΟΝ ΛΕΓΟΝΤΑ ΘΑΥΜΑΣΙΑ, Ὅποταν ΠΕΠΗΘΕ ΔΙΟΥΓΕΝΗΣ
ΤΕ ΚΑΤΑ ΘΕΩΡΙΑΝ ΑΥΤΟΥ, ὡς ΑΠΕΔΩΚΑΜΕΝ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΝΤΕΣ ἘΝ
ΠΡΟΤΕΡΟΙΣ.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ

Δ

Qui mirabilia praedicat, ceu nimirum Diogenes persuasit sua doctrina, ut nos disquirendo superius explicavimus.

PHILODEMI DE MUSICA VOLUMEN QUARTUM EXPLICIT.

Adduxerat nimirum *Diogenes* Stoicus de Thalete et Terpandro historiolas, quas docte explodebat *Philodemus* col. XVIII et XVIII, Lacedaemonios Pythium accepisse oraculum, ut Thaletem Cretensem accirent, eoque a Solone vocato et adveniente animorum dissensionem cessisse. Unde autem *Diogenes* Stoicus didicerit, in phiditiis (conviviis) Laconum cecinisse Terpandrum, plane nescimus (*Athen.* lib. IV, cap. 8.); attamen suspicio est ex iisdem *Pindari* carminibus arguisse, quae *Athenaeus* recitat libro XIV, cap. 9, optimeque doctissimus *Rosinius* ad col. XX, v. 9, pag. 92 conjicit, *Pindari* de Terpandro loquentis carmina procul dubio *Diogenem* adlegasse. M.

CEL. NICOLAI IGNARRAE,

Metropolitanae Ecclesiae Neapol. Canonici, et in
Regio Archigymnasio S. Scripturae Interpretis,

EXPLICATIO

*Lamellae aeneae exsecrationis in Bruttis prope Petiliam (Policastro) repertae a. 1783, quae nunc est in museo Borgiano Velitris.*¹

Vid. Tab. II.

IN Romana editione², pag. 14, haec subnectitur interpretatio: *Dea Fortuna. Saotes dat Sicaenide domum et reliqua omnia. Demiurgus Paragoras conciliatores,*

¹ Ex cel. Ignarrae commentario de Phratris primis Graecorum politicis societatibus. Neapoli 1797; 4 maj. Litterae I, II, Σ et Υ hujus lamellae eandem habent formam ac inscriptio columnae antiquissimae musei Naniani, quam exhibui in tabula II. Zanetti eam falso legebat, nesciens significatum του Π et Σ. Recte legerunt Corsini, Mattei et Siebenkees:

Παι Διος, Εμφαντω δεξει τοδ' αμεμφος αγαλμα.
Σοι γαρ επευχομενος τουτ' ετελεσσε τροππον. M.

² Obtulit a. 1789 amicissimus noster Johannes Philippus Siebenkees, qui d. 25 Jun. 1796 Professor Altdorfinus praematuram mortem obiit, S. R. E. Cardinali Stephano Borgia, Purpuratorum Collegii ornamento, doctam Expositionem Tabulae hospitalis ex aere antiquissimae, in museo Borgiano Velitris adservatae. Antea clarissimi viri, Villoisonius, in epistola ad Eminentiss. Borgia; Bartheleny, in ep. ad cl. Adler, et in altera ad Eminentiss. Borgia; Gabriel Fabricy, in Diatribe, qua bibliographiae antiquariae et sacrae critices capita aliquot illustrantur, p. 238; Nic. Schow, in Charta papyracea graece scripta, p. 115; et cl. Ludovicus Lanzi, in Saggio della Letteratura Etrusca, pag. 108, explicare tentarant, ut etiam a. 1789 cl. Heeren in P. V der Bibliothek der alten

*Mincon, Armoxidamus, Agatharchus, Onatas, Epicurus.*¹
 Pro dii immortales, quale quantumque virorum examen!
 Ne ipse quidem Deucalion, iactis post tergum lapidibus,
 tot uno tempore protulerit mares. Verumtamen mihi non
 est animus funem hic contentiosum ducere; quisque, per
 me licet, sua fruatur opinione. Quocirca, de alienis minime
 sollicitus, mea tuebor et, postquam singulas inscriptionis
 extricavero voces, et in suo lumine posuero, meam inter-
 pretationem lectori, in neutram partem adfecto, proponam.

ΘΕΟΣ. Ecquodnam numen subaudiendum? Non aliud
 profecto, nisi ἐπιχώριον (*locale*), illud scilicet, cujus religio
 omnium incolarum cujusque regionis animos occuparat.
 Athenis e. g. Θεός per antonomasiam denotabat Minervam.
 Spartaе Σιοί, pro communi dialecto Θεοί, intelligebantur
Castor et Pollux. ἐπιχώριος Θεός, Platoni de Republ. I, est
Dea patria (vid. Scholiasten Thucyd, pag. 54, edit. Steph.
Spanhemium ad *Callimachi* hymn. in Palladem, vers. 24).
 Itaque incerta Θεοῦ notio hujus epigraphes definienda est
 ex patrio, ferme dixerim, solo ipsius lamellae. Haec autem
 lamella in lucem prodiit a. 1783, in agro Petelino. Exstant
 urbis Petiliae nummi aerei et argentei, graece loquentes et

Litteratur. und Kunst; Goetting. 1789, 8. pag. 1-9, cum tabula aenea
 Siebenkeesiana. Numquam sane pro tessera hospitali hancce laminam
 habui, idque saepius *Siebenkeesio*, multum refraganti, significaveram.
 In primis haud mihi adridebat lectio Θεός τυχή, et Ψ sive litteram
 sextam laminae esse X; ut in patera etrusca ap. *Winkelmann*. Monumenti
 antichi inediti, n. 133, p. 174. Attamen (ingenue fateor) haud video,
 cur in versu laminae septimo eadem littera debeat esse T ex mente
 cl. Ignarrae. M.

¹ Θεός τυχή Σαωτίς διδοτι Σικανία ταν οικίαν και
 ἄλλα παντα Δαμιουργος Παραγορος προξενοι,
 Μινικων Αρμοξιδαμος Αγαθαρχος, Ονατας, Επικουρος.

elegantis quidem operis, sic ut appareat, hanc urbem e
 vicinia et commercio barbarorum nullam contraxisse sor-
 dem; immo potius ipsam cum Crotone, Locris, Rhegio,
 aliisque urbibus congeneribus, Bruttios, sive Lucanorum
 fugitivos, emollivisse, eosque ad artes et linguam traduxisse
 Graecorum¹. Petelia ad *Lacinium promontorium* sita haud
 ita procul aberat Crotone, urbe opulentissima et, quod
 magis ad rem nostram facit, ob templum *Junonis Laciniae*
 maxime nobilitata. *Sex millia* (inquit Livius XXIV, 3)
aberat ab urbe (Crotone) *nobile templum, urbe ipsa*
nobilius, Laciniae Junonis, sanctum omnibus circa
 populis. Quid porro dubitabimus, quin ΘΕΟΣ hujus
 aeneae lamellae, in agro Petelino prope Crotonem eru-
 deratae,² ipsam *Junonem Laciniam*, tamquam Θεοῦ
 ἐπιχώριον (*Deam localem*), sive *patriam* designet?

Anno, si probe memini, MDCCCLV reperta fuit in Bruttiiis

¹ Non solum urbs Temesa, sed et tota gens *Bruttia*, a Graecorum
 institutis linguaque discrepuit. Id enimvero colligo ex Livio XXIV,
 3, ubi narratur, Crotoniatas Graeci oris invitatos fuisse ex consilio
 Hannonis Carthaginensis, ut in suam urbem reciperent... *Coloniā*
Bruttiorum: verum illi morituros se adfirmabant citius, quam immixti
Bruttiiis in alienos ritus, mores, legesque, ac mox etiam linguam verte-
rentur. Ergo Hannibalica tempestate *Bruttii*, quos Graecis infensos
 et fautores Poenorum Livius describit, ἀλλοθροοι (*barbari*) traduce-
 bantur ab Italiotis. At quid tot obviis nummis cum epigraphē
 ΒΡΕΤΤΙΩΝ ΜΑΜΕΠΤΙΝΩΝ faciemus? Equidem sic sentio: Bruttios
 post Hannibalis excessum ex Italia, cum Graecis reconciliatos, paul-
 latim ex commercio ultro citroque agitato exsuisse barbariem, ac
 tandem ad instituta, mores ac linguam transiisse Graecorum. Itaque
 Graecos *Bruttiorum* nummos ea aetate consigno, quae Hannibalica
 tempora est consecuta.

² A rustico, qui vendidit cuidam peregrinatori, a quo multo pretio
 emit Eminentiss. Borgia. M:

aenea lamella litterata, quae nunc est in regio museo Herculanensi reposita. Ea ferme sex digitis patet in longitudinem, paullo minus in latitudinem, adeo vero exilis, ut chartae regiae crassitudinem vix exsuperet. Litterae porro non sunt viriculo exaratae, sed scalpro¹ percussae. Ibi inter alia citra ullam ambiguitatem haec signata comparent:

ΑΝΙΑΡΙΖΕΙ ΚΟΛΛΥΡΑ ΤΑΙΣ ΠΡΟΠΟΛΟΙΣ ΤΑΣ ΘΕΩ
ΤΩΣ ΤΡΙΣ ΧΡΥΣΕΩΣ ΤΩΣ ΕΛΑΒΕ ΜΕΛΙΤΑ
ΚΑΙ ΟΥΚ ΑΠΟΔΙΔΩΤΙ, etc.

¹ Italis col *punzone*, *punzello*, *punzellino*, Gallis *poignon*. Quam prope veteres absuerint a nostra arte chalcographica, clarum fiet perspicuumque ex iis quae cl. Ignarra voci ΔΙΑΟΤΙ adnotavit. Noti sunt *Crustarii Romanorum* (Plin. L. XXXIII, 12); notae leges XII tabularum, tabula Isiaca, tabulae *honestarum missionum* Claudii et Vespasiani, Imperatorum, in tomo V della *Antichità di Ercolano*; nota est lamella orichalcea paterae Aurelii Cerviani (in *Phil. Buonarotti osservazioni storiche sopra alcuni Medaglioni antichi*, Prefaz. p. XVII), et aliae plures, ut etiam Clypeus votivus familiae Ardaburiae, quem illustravit *Dominicus Augustus Bracci*, Luccae, 1771, 4. Si artifices litteras figurasque inverse, sive a dextra versus sinistram, aeri incidissent, et praeparatis pellibus (*διφθεραίς*) membranisque impressissent, inventa jam tunc fuissent ars chalcographica hodierna et impressiones tabularum aenearum, uti recte indicat l. c. Senator *Buonarottus*: *Merita particolar' osservazione una lamina di metallo giallo, che ha servito per patera, intagliata rozzamente come a bulino, la quale ci farebbe maravigliare, che agli antichi non venisse trovata la stampa in rame, se non si sapesse che ordinariamente queste cose si trovano a caso da' meccanici nell' esercitare i loro mestieri; siccome a fortuna a Maso Finiguerra dall' intaglio, che faceva per il niello, toccò la sorte d'esserne l'inventore.* Plura de hac re attuli in tomo II Diarii mei litterarii *zur Kunst und Litteratur*, 1776, 8, pag. 180 seq. de arte chalcographica usque ad tempora Alberti Dureri, cum tab. aenaea. Quae latius exponam, proxime illustraturus locum *Plinii Nat. hist. L. XXXV, c. 2*, e quo non nulli

Quae verba purum putumque Dorismum¹ sapiunt et, traducta ad communem dialectum, ita sonant:

Ανιερίζει Κολλυρα ταις προπολοις της Θεου
τους τρεις χρυσεους, ους ελαβε Μελιτα
και ουκ αποδιδωσι etc.

Consecrat Collyra famulabus Deae tres aureos (nummos), *quos accepit Melita, et non persolvit.* Quae nam ea Θεος (*Dea*) indigitatur? Procul dubio *Juno*, capto nimirum indicio ex naturali solo inscriptionis, ubi vulgatus erat cultus *Junonis Lacinae*. Meminit hujus cognominis *Pausanias*, VI, 13; sed locus corruptus est. *Astylus Crotoniata*, post victoriam in Olympico certamine partam, *Syracusanum* se renunciandum curavit; id indigne ferentes *Crotoniatae* (inquit *Pausanias*, l. c.) *Astyli domum ad publici carceris usum destinarunt, et statuam*

perperam M. Terentium Varronem primum artis chalcographicae inventorem adpellare adnisi sunt. M.

¹ *Ανιερίζει* pro communi *ανιερίζει*: *Dores* enim A pro E solebant usurpare, ut *τραχω*, *Αρταμις*; pro *τρεχω*, *Αρτεμις*. *Ανιερίζειν* abest ab hodiernis Lexicis, quamvis *αφιερίζειν* non desideretur. *Προπολοι* hujus loci sunt *ministrae* sive *famulae* deae *Junonis*, sive *Ἡρσίδες*. *Hesychius*: *Ἡρσίδες, κοραι εἰ νομιζουσαι λουτρα τη Ἡρα*; *Juveniliae, quae Junoni lavacra parant.* Mos enim erat antiquitus, statuas deorum stato die a sordibus abluere. *Spanhem.* ad primum versum hymni *Callimachi* in lavacrum *Palladis*. Θεω pro Θεου, uti *Αωτρον*, *Μωσα*, pro *Αουτρον*, *Μουσα*. Τρις, pro Τρεις, quo usum etiam *Hesiodum* *Εργ.* v. 596 volunt. *Χρυσεως* dōrice pro *Χρυσεους*, *aureos*, supple *Νουμμους*. Vulgata est animadversio *Pollucis* IX, 79. *Νουμμος* Romanum videtur numismatis nomen: est vero Graecum *Doriensium*, qui in Italia et Sicilia habitaverunt. Τας ελαβε, redde, quos accepit. *Eustathius* monet, *Dores* usurpasse *τοι, των, τρις, τους*, pro postpositivo articulo *οι, ων*, etc. Vide *Henr. Stephanum*, tom. II, pag. 1155.

(παρεα τη Ηρα τη Λακεδαιμονια κειμενην) in *Lacedaemoniae Junonis templo dedicatam evertunt*. Ubi meo periculo emenda παρεα τη Ηρα τη Λακωνια, in *templo Junonis Lacinae*; namque Crotoniatae impune quidem id facinus perpetrare poterant in agro *Lacinio*, ubi Croton princeps urbs habebatur, non item in *Lacedaemonio*.

ΤΥΨΑ. ΣΑΟΤΙΣ. Στιγμα, sive *punctum*, loco non suo infinditur. *Fabrettus* queritur et animadvertit, artifices saepenumero in hanc peccasse partem. Hoc primo versu punctum supervacue, ne dicam oscitanter, adpingitur medium: contra versu sexto in τω Αρμυξιδαμος punctum in medio desideratur; scilicet ut lector primo obtutu dignoscere posset, το Δαμος nihil habere cum τω Αρμυξι commune. Distingue igitur in hunc modum: ΤΥΨΑΣΑ. ΟΤΙΣ, h. e. *percussura* est ¹ *quisquis* etc. Τυπτειν (*pulsare, flagellare, percutere*) latissime patet, et ad qualemcumque calamitatem designandam traducitur, ut saepe in Bibliis graecis: quin et ipsae πληγαι (*vulnera*) haud ferme aliter ibidem accipiuntur, v. g. Deuteron. XXVIII, 59, ΟΤΙΣ pro οσις, *quisquis, quicumque*, ut non raro apud Homerum.

ΔΙΑΟΤΙ. Dorice pro communi διδωσι, *dat*; nondum litteris longis in Magna Graecia usurpatis. Elementum D (cuius figuram Latini invariante servarunt) quoties heic recurrit, in umbilico semicirculi, cui recta subtenditur

¹ Τυψασα hic pro Τυψουσα, diphthongo OY in A dorice commutata. Vide *Maittaire* in *Alphabeto dialectico*, pag. 394. Dores enim, ut notum est, describuntur πλατυσομοι, *patulo ore loquentes*, ac proinde τω A abutebantur; usque adeo, ut Scholiastes *Theocriti πλαταιασδοισαι*, *Idyll. XV*, v. 88, interpretetur Δωριζουσαι. *Henr. Steph.* in *πλαταιαζω*.

linea, exilem ostentat hiatum: id quod non dedita opera factum, sed potius ferramento artificis, ad proportionem litterarum minime comparato, videtur tribuendum. ¹

ΣΙΚΑΙΝΙΑΙ. Σικαινιος, sive proprium, sive ethnicon vocabulum, nusquam visitur. ² Legesis ΣΙΚΑΙΝΙΑΙ. *Iota*, quod ad dextrum latus elementi N erat feriendum, quadratarius praecoci studio ad laevum praefixerat. Is postea, animadverso errore, quia quod factum fieri nequibat infectum, *Iota*, quod loco suo omiserat, litteris jam percussis inseruit quidem, sed inconcinne, neque observata justii spatii proportione, ut exemplar archetypi curiosius intuenti patet.

TAN FOIKIAN. *Domicilium*. Huic graeco vocabulo praefigitur Digamma Aeolicum. *Dionysius Halicarn.* I, pag. 16 inter graecas voces a Graecis Aeolensibus mutuatas, recenset *Foikos*, unde *Foikia* huius epigraphes, quae pari spiritu animatur. De Italicis dialecti Aeolicae incunabulis plura disserui §. IV, pag. 83 seqq.

¹ Litterae in metallica tabula, vel mordente viriculo, vel scalpro feriente, exarantur. Suspicio autem, scalprum in aenea lamella fuisse adhibitum. Ad hoc opus in promptu esse debent scalpra tum rectae, tum curvae aciei, pro diversis scilicet litterarum lineis. Pone nunc artificem, in fingendo elemento D, primum admovisse scalprum aciei rectae pro recta linea; mox ad effigiendum semicirculum applicuisse utrisque extremitatibus lineae rectae jam percussae scalprum curvum, sed brevioris, quam usus posebat, circumferentiae: tunc necessario secutum est, ut, sulcis pro minore scalpri curvi modulo haud coeuntibus, semicirculus hisceret in medio. Cui defectui obviam artifex ivisset, si vel rectae lineae imminuisset longitudinem, vel si scalprum curvum majoris adhibuisset segmenti.

² *Cl. Lanzio*, in *Saggio di Lingua Etrusca*, T. I, p. 108: Σαοτις est Σαοντις sive Σωντις, urbs Lucaniae (unde *Sontini* apud *Plin.* III, 15), nunc *Sanza*, quae donat Sicaeniam quemdam jure hospitii. Sed magis mihi adridet explicatio *cl. Ignarrae. M.*

ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ. *Et alia quaecumque.* Haec notio est του παντος hujus loci.

ΔΑΜΙΟΡΙΟΣ ¹ ΠΑΡΑΙΟΡΑΣ. Interpretor : *Conterraneos praevanitatores.* Δαμιοριος archaice pro Δαμιοριους. Olim pro diphthongo ΟΥ simplex Ο exarabatur ; vide *Athenaeum* XI, 3, atque ibi Casaubonum, ubi ΔΙΟΝΥΣΟ pro ΔΙΟΝΥΣΟΥ, in columnis Farnesianis ΟΔΕΝΙ, ΤΡΙΤΟ etc. pro ουδενι, τριτου. Δαμιοριος, et Παραιοριος, novae quidem nobis videntur propaginis, sed in antiquitate suas habent radices. Ex Δαμος (*terra, regio*) et Ορος (*limes, finis*) rite conficitur Δαμιοριος, qui ejusdem est territorii, sive *conterraneus*. Porro ex παρει (*trans, ultra*) et οραω (*video*) componitur παραιοριος (*dorice παραιοριος*), ejusdem significantiae ac παραορατικος, qui *transgrediendo peccat, contemtor*. Paullo ante animadvertimus, οτις pro οσις usurpari ; hic παρει pro παρει : utrumque apud *Homerum* saepe recurrit. Sane Poëtae, ut delectabant, sic pariter edocebant, quo ore, quave scriptura sensus animi deberent exponi.

¹ Δαμιοριος dorice pro Δημοριος, ut Δαμιουργος pro communi Δημιουργος, qui supremus erat civitatum in Peloponneso magistratus. *Damiurgi* vocem nobis integram servavit *Livius* XXXII, 22 ; XXXVIII, 30. Sedulo animadvertendum est, το Ιωτα in penultima syllaba του Δαμιοριος, ut et in umbilico sequentis vocis Παραιοριος, haud sinuari in angulos, sed recta linea signari, uti mos erat apud veteres Graecos, profecto in columnis Farnesianis, ubi vetusta graeca orthographia adfectatur, ac mos erat apud Latinos, à quibus propterea *longa* vocatur *littera*. Latinos autem Arcades edocuerunt γραμματα ελληνικα, ut auctoritate *Dionysii Halicarn.* scimus. Igitur coniciendum est, sculptorem hujus lamellae (quem haud raro comperi negligentem), vel unum pro altero scalprum, fallente manu, heic adhibuisse ; vel suo aevo, utramque του Ιωτα figuram obtinuisse. Enimvero in veteribus *Posidoniae* nummis, nunc ΠΟΜΕΣ, nunc ΠΟΜΕΙ (h. e. Ποσειδων) cer-nitur effigiatum.

ΙΠΟΞΕΝΟΙ ΜΙΝΚΟΝ ΑΡΜΟΖΙ. Quemadmodum *Ιδιοξενοι* *privati hospites*, ita *προξενοι* *publici* erant *civitatis hospites*, qui peragebant in sua patria, quae expediebant civitati illi, cujus erant *publici hospites*. Vide *Suidam*. Sed praeterea *Proxeni*, ut ex hoc loco colligi potest, erant ii, qui, in oppidis vicisque constituti, in numerato habebant advenas ; ac praeterea jubebantur, denunciare supremis moderatoribus reipublicae, si ii, quibus fuerat aqua et igni interdictum, mandato minime paruisent.

Sequitur in autographo ΜΙΝΚΟΝ, sed nullus dubito, quin in ΜΙΝΤΟΝ sit refingendum. Μινυον autem, utpote litteris longis nondum in Magna Graecia usurpatis, idem erit ac Μηνυον, ut olim *ήμερα* pro *ήμερα* efferebatur, teste *Platone* in *Cratylō*. Μηνυον autem hujus loci, vel aeolice decurtatum est pro communi *μηνυοντω* (*indicent*) ; vel (quod familiare fuit Ionibus) infinitus est modus pro imperativo : scilicet ab antiquo *μινυω*, unde *μινυου*, pro quo veteres, diphthongum ου aversati, scripsere *μινυον*, ut paullo ante ex *Athenaeo* monui. Caeterum *μηνυειν* (*indicare*) solemne est verbum in judiciariis inquisitionibus. *Demosthenes* adversus *Timocratem* ex quodam decreto haec recitat : *Si quis sciat aliquem, qui aliquid pecuniae habeat, sive sacrae, sive publicae, apud hos (μηνυειν), deferat.* Ex *μηνυω* fit *μηνυτρον*, h. e. *praemium*, quod *indici* dabatur.

ΑΡΜΟΖΙ. Tertius is casus ex antiquo *Αρμωξ*, *αρμογος*, ut *Φλωξ*, *Φλογος* ; *απορρωξ*, *γος*. Posteriore aetate vox *Αρμωξ* (*moderator*) producta fuit ¹ in *Αρμωσης* et *Αρμωσης*, et sane

¹ Quemadmodum ii, qui recentiore aetate *Θεραποντες*, olim vocabantur *Θεραπες* ; a recto scilicet *Θεραψ*. Consule *Hesychium* in hac voce.

urbium praefecti ita vocabantur in Laconia, scilicet Ἀρμοσων.

ΔΑΜΟΣ. ΑΙΑΘΑΡΨΟΣ. ΟΝ. Procul dubio artifex noster, cum haec cuderet, animo peregrinabatur. Audacter sic emenda : Δαμος ΑΚΑΘΑΡΤΟΣ ΩΝ, *Populus cum sit sceleratus*, h. e. immundus, pollutus. Terra *scelerata*, seu *polluta* dicebatur, ubi aliquod grave facinus fuisset admissum. Israëliticus populus ob Achani scelus vocatur *pollutus anathemate*, Josue VII, 12. Ob homicidium in pagis Atticis patratum, cujus auctor ignoraretur, lege a *Demosthene* in Macartatum p. 666 recitata, cautum erat, καθαίρειν τον Δημον, scilicet ut *Pagi populus lustraretur*. Sane ratio hujus instituti in promptu est; quia, si atrox alicujus facinus abiisset impune, tota pariter gens reputabatur *polluta*; quandoquidem publica tunc indulgentia, vel conniventia, intercessisse videbatur.

ΑΤΑΣ ΕΠΙΧΩΡΟΣ. Ατας επιχωρος, *Calamitates territoriales sive locales*; ut *aerumnae locales* Ammiano Marcell. XIV, 7. In autographo K mendose scalpitur pro X. Επιχωρος, compositum recta a χωρος, ut Ευρυχωρος, Εγχωρος. Haec postrema verba inscriptionis protinus connectenda sunt cum praecedentibus: *Populus cum sit pollutus, calamitates territoriales*, supple, *luet*, persolvēt. ¹ Hac autem comminatione Deae Lacinae, seu, quod idem est,

¹ In dictis argutis ac sententiosis frequentissima est verbi reticentia, ut *Fortes Fortuna*, apud Cic. de Fin. III. Quos ego! apud Virg. Aen. I, 139; in paroemiis praesertim, ut Γλαυκὴ Ἀθηναίη, noctuam Athenas; Ες κορβίας, ad corvos etc. Ibi per figuram *Eclipsin* subintelligendum est congruum verbum, quod ab ipso contextu dictionum suggeritur. Hodie apud nos vulgare est: *Furtum furca*, h. e. Furtum plectitur furca. A quo sensu non abhorret et haec paroemia: *Populus scelestus calamitates populares*, ubi facile est supplere *luet*, persolvēt.

antistitae templi Junonis, deterrebat populum Petelinum, necubi Sicania proscripta in suis consisteret finibus: namque verendum erat, ne ob unius personae praevaricationem, gens tota veniret in discrimen. Quam vulgatam opinionem nobis servavit *Hesiodus*, Εργ. v, 241.

Πολλὰκι και ξυμπασα πολις κακου ανδρος απηυρα,
'Ος κεν αλιτρωει, και αταδαλα μηχανασται.

Hanc poetae sententiam totidem versibus feliciter reddidit Wolfius ad *Aeschin.* de falsa Legatione:

Saepe viri gens tota luit scelus unius atrox,
Qui praeceps agitur male sani pectoris aestu.

Inscriptionem lamellae Borgianae, quam hactenus membratim exposui, juvat nunc uno contextu continuatam exponere: *Dea flagellatura* (est) *quisquis domicilium Sicaniae, et quaecumque alia suppeditat. Conterraneos praevaricatores Proxeni denuncient Harmostis. Populus, cum sit pollutus, noxas locales* (luet). Isthac obnuntiatio specimen prae se fert *αναδηματισμου* (*exsecrationis*) qua feriebantur ii, qui immani facinore patrato e patriae finibus expellebantur. Saepe exilii poena, ne scilicet per fraudem interverteretur, religionis corroborabatur obtentu. Alcibiades factus reus, tamquam auctor excisarum Hermarum, solum vertere cogitur, et antistites variarum religionum coguntur damnatum Alcibiadem diris devovere; ac praeterea dirae ipsae ad posteritatis commonitionem columellis inciduntur. Alcibiades (apud *Cornel. Nepotem* in ejus vita, cap. 4), *postquam se capitis damnatum, bonis*

¹ Θεος τυφασα ὅτις δίδοτι Σικαινα ταν οικιαν και τ'αλλα παντα.
Δαμοριους παραιορας προξενου μινυον ἄρμοξι. Δαμος ακαθαρτος ων ατας επιχωρος. M.

*publicatis audivit et, id quod usu venerat, Eumolpidas sacerdotes a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum, in pila lapidea incisum, esse positum in publico, Lacedaemonem demigravit. Sed postea, mutatis populi studiis (cap. 6), restituta huic publice bona, iidemque illi Eumolpidae sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant, pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.*¹

Quid Sicania peccarit,² divinari nequit; tamen ejus crimen dignum est visum, quod exsilio plecteretur. Interdictum *de tecto et aliis quibuscumque ei praestandis* hanc sane poenam supponit: quemadmodum Romae, quibus *aqua et igni* interdicebatur, ii civitatem amittebant et, cum solo aëre vivere non possent, nec fas erat ipsos aut tecto recipere, aut aqua et igni, caeterisque, quibus vita continetur, juvare, solum vertere cogebantur. Cicero, pro domo sua, cap. 31. Confirmat hanc exsilio poenam obnunciatio Deae Laciniae et publicae calamitatis comminatio. Adde hoc etiam, *devotionis exemplum, quo testatior esset memoria, in schedula aenea incisum et positum in publico*, certiores nos facit, Sicaniam atque

¹ Exemplum execrationis memoratu dignum dant Teiorum dirae apud Chishull in Antiquit. Asiaticis Christ. aeram antecedentibus; fol. Lond. 1728, p. 96. M.

² Absque dubio fuit *ασεβειν κρινομενη*, seu *δι ασεβειαν*, propter contentum Deorum; ut postea Athenis adcusabantur Aspasia et Anaxagoras ab Hermippo (Plutarch. scriptor. philos. T. III, ed. H. Steph. 1572, 8, pag. 1560. Eustath. ad Il. X, p. 1259 edit. Rom.); Socrates a furciferis Anyto, Melito et Lycone; Phryne ab Euthia sycophanta et leguleio. M.

Alcibiadem, violatae religionis crimine pulsatos, eadem poena fuisse damnatos. Igitur qua late patuit Lacinium, vel potius quousque religio Junonis Laciniae animos omnium circa populorum occuparat, ibi proscripta Sicania considerare vetabatur: utque id interdictum cunctis innotesceret, facile est conjicere, in omnibus hujus regionis urbibus et pagis exempla editae proscriptionis fuisse proposita. Multiplicata autem hujusmodi exemplaria haud omnia ejusdem erant emendationis, sed, quemadmodum manuscripti codices veterum scriptorum, pro industria vel pro imperitia variabant artificum. Forte lamella aenea, quam hactenus ob oculos habui, in manus illiterati artificis percutienda devenerat; hinc ejus exemplar multis patuit castigationibus.



SPECIMEN
SCRIPTURÆ GRAECAE CURSIVAE
SAECULI II VEL III.

Vid. Tab. II.

IN meis *Speciminibus antiquissimis scripturae graecae tenuioris seu cursivae, ante Imp. Titi Vespasiani tempora*, Norimbergae, 1792 editis, exhibui inscriptiones extemporales classiariorum Pompeianorum cum earumdem explicatione. Adjungo nunc chartae papyraceae Musei Borgiani lineas quinque priores, e Tabula III splendoris operis *Schowiani*¹, quo amicissimus B. *Siebenkees* d. 18 Julii 1790 me donaverat. Reperta fuit haec charta cum quadraginta aut quinquaginta aliis anno 1778, in loco quodam subterraneo urbis Gizae, in cujus regione antiqua Memphis vulgo sita fuisse creditur. Omnes hae chartae papyraceae, in capsula quadam ex ligno sycomori reconditae, negotiatori cuidam exiguo pretio offerebantur: hic autem, summi harum rerum valoris ac pretii nescius, hanc unam tantum, novitatis causa emtam ad amplissimum Praesulem *Stephanum Borgiam* mittendam curabat. Reliquas diripiebant Turcae, earumque fumo aromatico sese oblectabant.

¹ Charta papyracea graece scripta Musei Borgiani Velitris, qua series incolarum Ptolemaidis Arsinoiticae in aggeribus et fossis operantium exhibetur; edita a Nicolao Schow, Academiae Volscorum Veliternae Socio; cum adnotatione critica et palaeographica in textum chartae. Romae, 1788. Fol. min. cum sex tabulis aeneis.

Charta haec Borgiana inter duo vitra crystallina servatur. Omnium procul dubio unica est, quae in Aegypto fabricata superest; tres palmos romanos et decem uncias longa, lata autem unum palmum. Multo longiorem eam olim fuisse, ex restantibus fragmentis colligitur, quae invicem unita longitudinem et latitudinem palmarem efficiunt, quibus tamen fragmentis argumentum chartae non dum finitur. Chartae color (qui candidus fuerat ab initio) nunc flavus est et oleaceus. Atramentum, quo scripta est, crassius fuit, simile ei, quo volumina Herculaneisia exarata sunt. Columnae, in quas charta Borgiana divisa est, sunt duodecim cum dimidia, quarum unaquaeque triginta aut triginta quatuor versus habet. Harum columnarum latitudo diversa est: prima sex uncias lata est, secunda quatuor; omnes reliquae trium tantum unciarum latitudinem habent. Eas felicissime legit cl. *Schowius*.

Ante primam columnam vacuum quoddam spatium est latitudine unciali, ceu videmus in voluminibus Herculaneis (videat. nostra Tabula II), quae ab antiquis initio ac fini voluminum adiungi solebant, quo chartae evolutae commodius legerentur.

Aegyptum ut contra Nili inundationem munirent, incolae semper multam adhibuerunt industriam, et molium fossarumque structurae plures operam navarunt. Charta Borgiana, medio saltem saeculi III anterior, continet plures catalogos hominum, qui in eiusmodi aggeribus et fossis operati sunt, variae conditionis, fullonum, figulorum, tegetariorum, olerum venditorum, agasonum et servorum. In ea parte, quae integre servata est, sunt sex; in fragmentis plures etiam numerantur. In primo catalogo operarii aggerum recensentur, in caeteris operarii fossarum.

Dedi in Tabula II quinque lineas columnae primae :

Καταυδρα των απεργασαμενων
εις τα χωματικα εργα Τεπλινεως
απο μεχειρ ι εως ια Πτολεμαϊδος δρμ
ανδρων επα αυτοκαυδ

5 Σαραπιων Στοτοηλεως του Χαιρημονος, μητρος Θαναπναχεως.

Πρωτας αδελφος, μητρος της αυτης.
Σαραπιων αλλος αδελφος, μητρος της αυτης.
Παυειτης Ηρακλεου, μητρος Ειρηνης.
Κοραξ, δουλος μητρος

10 Πρωτας, απατωρ, μητρος Ηρακλειας.

Σαραπιων, δουλος Ευδαμονος.
Παν, υτις Κρονιανος, δουλος Ζωϊλου
Κρονιων Χαιρημονος, μητρος Θαναπναχεως.
Κρονιων, Φν. ου, μητρος Θαησεως.

15 Ανης εως, μητρος Τα. χα. ιου.

. Πτολεμαϊδ etc.

VERSIO.

*Series hominum operantium
in aggeribus Teplineos
a die Mechir (5 Februarii) X ad XI Ptolemaidis
(Arsinoiticae) stationis navium
virorum CLXXXI (operariorum voluntariorum)
Sarapion Stotoëleos, filii Chaeremonis, matre
Thanapnache.
Protas frater, matre eadem.
Sarapion, alius frater, matre eadem.
Pavites Heraclei, matre Irene.
Corax, servus matre
Protas, patre incognito, matre Heraclia.*

Sarapion, servus Eudaemonis.

. . . . Cronionis, servus Zoili

Cronion Chaeremonis, matre Thanapnache.

Cronion matre Taëse.

Annes matre

. Ptolemaidis etc.

ADNOTATIONES CL. Schow.

Scripturam diplomaticam esse, ipsa tachygraphiae forma primo adspectu arguit; nam tachygraphia codicum legibus adstricta est et usu quodam constituta. Hic autem in litterarum ductu et nexibus magna adhibita est licentia, qua scriptura diplomatica a tachygraphia codicum semper dignoscitur. Inter acta publica Ptolemaidis Arsinoiticae referenda est charta Borgiana, novaque scriptura, quam in eadem cernimus, ea est, qua Graeco-Aegyptii in actis ipsorum publicis utebantur. Hancce scripturam primum ex hoc monumento cognoscimus, nihil enim simile in tota antiquitate habemus, cujus adeo lectione similium monumentorum, si quando reperiantur, clavis reperta est.

(Pag. 118 et 138.) Graeci enim, in Aegypto habitantes, a primis usque Ptolemaeorum temporibus non modo mores et linguam, sed et characterem alphabeti vulgarem mutasse videntur. Hujus mutationis exempla offerunt inscriptiones statuæ Memnonis una cum inscriptione monumenti Quiriniani, fragmentum Evangelii Iohannis in museo Borgiano Velitris, cujus textus graecus eodem characterē, quo textus versionis Copticae, exaratus est, et oedex Dioscoridis, in Aegypto scriptus, cujus specimen

a *Montfauconio*, Palaeogr. gr. L. III, pag. 256, exhibitur.

Nec characterem Copticum alium esse video, quam Graeco-Aegyptium, quare etiam cum *Didymo Taurinensi* (i. e. abb. *Thoma Valperga a Calusio*) in rudimentis litterat. Copt. prorsus consentio, qui pag. 39 haec bene monuit: *Nihil consulto dataque opera ab Aegyptiis in adscita Graecorum scriptura novatum est.*¹ Nec aliter sentire videtur cl. *Woidius* in praefat. ad Nov. Testam. gr. e cod. MS. Alexandrino descriptum, dum pag. 15 ita scribit: *Aegyptiacum alphabetum* (Copticum nempe putat), *quod est graecum, septem litteris adauctum.* In quo autem proprie constiterit haec characteris graeci mutatio ex alphabeto Coptico, ubi antiquus et genuinus character Graeco-Aegyptius sine dubio servatus est, clarius adhuc perspicitur. Exoleto enim aut neglecto alphabeti Aegyptii characterem², alphabetum Graeco-Aegyptium usu adeo invaluit, ut ab ipsis etiam indigenis adhiberetur; quum autem litterae novi-hujus alphabeti ad sonum vocum Aegyptiarum

¹ Uti videmus in Basilidianorum et Gnosticorum gemmis. Videat. *Description du Cabinet de M. Paul de Praun*, pag. 351. M.

² Conspicitur in fasciis mumiarum, ap. *Caylus*, *Recueil d'Antiquit.* T. I, planche 21-26, pag. 65 etc. et in monumentis in expeditione Gallorum nuperrime inventis, v. g. in monumento Rosettano; vid. amicissimi A. I. Silvestri de Sacy, *Lettre au citoyen Chaptal, au sujet de l'inscription égyptienne du monument* (in honorem Ptolemaei Epiphaniis) *trouvé à Rosette*, Paris, 1802, cum duabus tab. aen. Plures tales inscriptiones fasciarum e mumiis conspiciuntur in splendido opere: *Voyage dans la basse Égypte pendant les campagnes du Général Bonaparte*, par Vivant Denon. *A Paris, de l'imprimerie de Didot l'aîné, au Palais des Sciences et Arts*. An X, 1802. In-fol. max. tab. 136. seq. M.

exprimendum haud sufficerent, aliae septem ex antiquo alphabeto Aegyptio adscisciebantur, quibus etiam in vocibus Aegyptiis scribendis Graeco-Aegyptii interdum usi fuisse videntur.

Jam saeculo secundo vel tertio in actis publicis scripturam, quam adpellamus *cursivam* (saltem apud Graeco-Aegyptios), in usu fuisse¹, ex hoc monumento probari posse videtur: cujus probandi causa *Montfauconius* in *Palaeographia graeca* (p. 263) ad solam scriptorum auctoritatem confugere coactus fuit. *Schow*, pag. 110 et praefat. p. XLI.

(*Idem*, pag. 43 seq. col. I, lin. 1. Καταανδρα.) Vox nova est et in Lexicis frustra quaeritur; ejus autem significatus hoc loco nullus alius esse potest, quam συλλογη sive κατάριθμησις ἢ κατ' ἀνδρα, ² *enumeratio viritim facta, series hominum.* Vocem substantive adhiberi aperte indicat sequens τῶν ἀπεργασσάμενων, quocum jungitur.

(*Lin.* 2 Χωματικός.) Vox χωματικός, qui *aggerum est*, a χωμα, *agger*, etiam nova est et Lexicis inserenda.

¹ Spuria est scriptura versus

ὡς ἐν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ,

cum spiritibus et accentibus [!], ex Antiope *Euripidis*, ex *Polybii hist.* L. I, cap. 55 (ap. *Barnes*. *Fragm.* 77), qui parieti cujusdam domus angularis in platea Theatro vicina, inter rudera Herculanensia a manu petulanti litteris cursivis, nigris et rubris, inscriptus, a. 1743 reperiebatur. Vid. *Pitture di Ercolano*, T. II, pag. 34; cl. *Villoisonii*, amici nostri, *Anecd. gr.* T. II, p. 267 et 143, atque *Epistolar. Vinariensium* p. 106 et 120, doctiss. *Schow*, pag. 111, 112: nam litterarum forma ad hodiernam nimis accedit atque recentissimam prodit manum. M.

² Forsan κατ' ἀνδρα καταλογος ἀνδρῶν P. M.

(*Ibid.* lin. 2. Τεπλινεως.) *Teplineos*, quemadmodum et Φογημεως, *Phogemeos* in col. VII, nomina eorum esse potuerunt, qui aggeribus¹ Nili fluminis muniendis fossisque purgandis praefecti erant. Ejusmodi magistratus tempore Theodosii junioris λογογραφοι των χωματων adpellabantur, eorumque meminit Codex Theodos. (L. XI, tit. 24 de patrociniis vicorum, pag. 188). Hoc munus, ut videtur, sub primis Imperatoribus militare fuit, et quidem a militibus, quos Praefectus Aegypti ad hoc ipsum constituerat, administratum. Cogitandum igitur esset, *Teplinin* in regione Ptolemaidis Arsenoïticae aggerum operibus praefuisse, fossarum autem *Phogemin*, ita ut cura horum operum inter plures divisa fuerit: ipsa vero logographorum nomina in titulis notata esse, ut aggeres et fossae, de quibus hic agitur, ab aliis facilius distinguerentur. Potius vero crediderim, *Teplinin* et *Phogemin* possessores regionis fuisse, in qua haec opera facta sunt, eosque, legibus obstrictos, seriem operariorum, quorum ministerio usi erant, securitatis publicae causa, ne ejusmodi opera negligenterentur, magistratui, cui cura harum rerum mandata erat, exhibuisse.

(Lin. 3. απο μεχειρ ε έως ια.) Fuit initio hic locus lectu difficillimus; detectis autem ab eruditissimo Zoëga mensibus aegyptiis, qui subsequuntur, Φαμενοθ col. IX, lin. 8, et Φαρμουθι col. XII, lin. 16, vera lectio facilis indagatu fuit. Duae priores litterae ν. μεχειρ, ut in specimine cernitur, fere deletae sunt; restant tamen vestigia litt. μ

¹ Possunt esse nomina aggerum et fossarum, de quibus vid. Strabo L. XVII, p. 1156. Magnos canales, v. g. Fossam Traiani, nuper Galli restituere tentaverunt. M.

et suprema lineola litterae ε, ita ut de veritate textus nullum sit dubium. Praefat. pag. XXXIII. Dies autem, quam operarii hujus primi catalogi in operibus aggerum transegerunt, diei quintae Februarii anni fixi respondet, ita ut opera haec tempore inchoata sint, quo agrorum cultura frugumque seminatio jam finitae erant.

(Lin. 3, 4. Πτολεμαϊδος ορμου ανδρων επά.) Hi viri CLXXXI, ut equidem locum intelligendum esse existimo, sunt incolae urbis Ptolemaidis Arsinoïticae, quae etiam a *Ptolemaeo*, Geogr. L. IV, p. 107, ορμος Πτολεμαϊς nominatur, ob navium stationem urbi vicinam.

(Lin. 4. Αυτοκατανδ...) Nova vox, formata, ut nullus dubito, ex voce καταανδρα et αυτος, ita ut, quoad sensum, idem sit, ac si scriptum esset: εθελοντα sive αυτοκελευσοι, *operarii voluntarii, nulla vi aut lege coacti, ultro huic numero adscripti.*

(Lin. 5. Σεραπιων Στοτοηλεως του Χαιρημονος, μητρος Θαναπνασχεως.) Serapioni ejusque fratribus, inter quos et Atres, quem exhibet col. VII, lin. 4, haud dubie referendus est, quique generis nobilitate caeteros superasse videntur, avi nomen adscriptum est. Matrum operariorum fit mentio proprio quodam, ut videtur, Graeco-Aegyptiorum usu, qui inter plebeiis homines in primis invaluisse videtur. Hunc plebeium Graeco-Aegyptiorum usum egregie illustrat exemplum, quod inter apophthegmata patrum (in Cotelerii monum. eccles. Gr. tom. I, pag. 427) deprehenditur, ipsa loci verba adscribam: Δηγησατο ο αγιος Επιφανιος, ο επισκοπος Κυπρου, οτι ην τις ηνιοχος κατὰ την Αλεξανδρειαν, ος ην μητρος Μαρίας υιος· ουτος, επιπικου επιτελουμενου, κατεπεσεν, ειτα ανασας παρηλθε τον επιβεληνοτα και ενικησε. Και το πληθος ανεβησεν· ο υιος Μαρίας Η

πεπτωκε και εγγηγεσαι και ενικησε. Auriga Alexandrinus non a patre, sed a matre *Mariae filius* nominatur, id quod, ut mihi videtur, consuetudini Graeco-Aegyptiae, quam in charta Borgiana animadvertimus, lucem adfundit. *Praef.* pag. XXXV. Nomen *Θαναπναχης* formatum videtur ex nomine *Απναχης*, quod charta nostra saepius exhibet, praemisso articulo determinato Aegypt. Θ (ή), qui hic ut Θα effertur; ne autem duo α sibi occurrant, inserta videtur littera ν.

(*Lin. 6. Πρωτας αδελφος, μητρος της αυτης.*) Legitur quidem in charta: *Πρωτας αδε* (cum nota compendiaria) *μητ της αυτ.*

(*Lin. 10. Πρωτας απατωρ, μητρος Ηρακλειας.*) *Praefdt.* p. XXXV: De voce *απατωρ*, quae satis frequenter ante matris nomen inseritur, nihil certi adfirmare possum. Vix tamen induci possum, ut credam, omnes, qui hoc epitheto signantur, spurios fuisse sive extra legitimum matrimonium natos. Cogitandum enim esset, ejusmodi epitheton, nominibus in charta quadam publica adscriptum, ei, cui tribuebatur, ne minimo quidem dedecori fuisse; quod summam utique morum licentiam argueret, quodque explicare nescio. Potius igitur crediderim, voce *απατωρ* solummodo indicari, quod nomen patris incognitum esset, vel ignoraretur; quod in hac plebe saepius forsitan accidere potuit, praesertim cum usu invaluisset, neglectis patrum nominibus, a matribus denominari. Mirum tamen est, quod in eiusmodi casu vocem adeo ambiguam adhibuerint.¹

¹ Tertius significatus hic locum habere videtur. *Απατωρ* significat et orphanum. V. Pollux, L. III, c. 2. Conf. et interpretes ad Hebr. VII, 5. M.

(*Lin. 12. Παν. υτις Κρονιωνος, δουλος Ζωιλου...*) Primum nomen legi nequit, mediae enim litterae deperditae sunt.

(*Lin. 14. Κρονιων. Φν. ου, μητρος Θαισεως.*) Secundi nominis quatuor tantum litterae restant, quas et in textu indicavi. Nomen *Θαισις* ejusdem originis est ac nomen *Παισις*, quod saepius exhibetur; in eo tantum differunt, quod hoc articulum Π, illud vero artic. Θ sibi praefixum habeat.¹

¹ Articulus determinatus Copticus singularis numeri masculini generis est Π et Φ (Sahidice est Π, numquam Φ); feminini generis autem Τ, Θ vel Τ (ti). Vid. Christiani Scholz Gramm. Aegypt. utriusque dialecti, pag. 16 et 115. (Oxonii, 1778; 4 max.) M.

FINIS.